
MANUDUCTIO
AD LOGICAM
Sive
DIALECTICA
STUDIOSÆ JUVENTUTI
AD LOGICAM PRÆPARANDÆ
Conscripta
A.R.P. PHILIPPO DU TRIEU
E SOCIETATE JESU,
In Collegio *Duacensi* Philosophiæ
Professore primario;
Aucta demum & non nihil immutata.
Cui annectitur
TRACTATUS
Brevis & dilucidus de Demonstratione.
Accessit insuper
CL. GASSENDI
Elegans Dissertatiuncula
De natura Demonstrationis, Annotationibus quibusdam illustrata.

OXONIÆ,
Typis *L. LICHFIELD* Acad. Typog.
& Veniunt apud *T. BOWMAN.*
Anno Domini 1678.



AUTOR
AD LECTOREM.

VIsum est iis quorum intererat, ipsique adeo venerandæ artium Facultati Florentissimæ Accademiæ Duacensis, commodum fore, si studiosæ Juventuti ad Logicam præparandæ nova Dialectica scriberetur. In tanta talium librorum multitudine ? inquies. Ita censuerunt, & jam causam finemque dixi. Etsi enim multi, qui Dialecticæ præcepta hactenus publico dederunt, recte & laudabiliter scripserint ; adhunc tamen finem non omnino accommodare. Quidam sermonis cultum & dictionis elegantiam sectati, potius hanc artem ad oratoriam referentibus scripserunt, quam adolescentibus ad severiores disciplinas præparandis, quibus, omni verborum rejecta luxurie, Dialectica plane & nudè proponi amat. Alii, cum omnia omnino ad hanc disciplinam spectantia complecti vellent, multa necessaria prolixè sunt prosecuti, quæ Logicam jam ingressis & omni alia occupatione liberis, utiliter & opportunè proponantur : iis vero, qui ante ascensum ad Logicam, inter quotidiana, & continua ferè litterarum humaniorum exercitia, ut harum regionum mos habet,

bet, Dialecticam prælibant, prorsus intempestive. Contra nonnulli brevitatis studiosi, definitiones regulas, præcepta Dialecticæ nimis jejunè & sine sufficienti explicatione proponunt, cum hic cibus suapte natura austerus inassuetis ingeniis, etiam bene præmansus, (experientia satis didicimus) ad accipiendum difficilis videatur. Alii denique omissis Aristotelis definitionibus ac regulis, in earum locū suas, hoc est suis verbis conceptas suffecerunt, aut ex versione utrique Belgicæ Universitati peregrina desumpserunt; quas si adolescentes edíscent, ubi ad Academiam veniunt alias ex usitata Aristotelis versione memoriæ mandare duplicato labore compelluntur. Quibus ac similibus de causis factum eo, ut in his provinciis complures Rhetoricæ Dialecticæque professores adolescentibus ad Logicam transmittendis, jam plures annos, omnibus relictis authoribus, hujus disciplinæ, quæ necessaria videbantur præcepta, dictanda sibi potius esse more Academico judicarint. Hæc aliaque id genus scribendæ hujus Dialecticæ occasio fuerunt.

Porrò quam in ea methodum sequar, sic paucis accipe: Primò quod ad definitiones & regulas Aristotelis attinet, eas ex Argyropoli versione accipio, quam Veneranda Artium Facultas Academia Duacensis commodis studiosæ Juventutis consultum desiderans, in posterum Logicæ Auditoribus Duaci prælegendam decrevit, ut qui hac Dialectica usuri sunt ad utramvis Belgii Universitatem se conferant, non cogantur mutare. Deinde quanta possum claritate definitiones, regulas, præcepta expono,


subinde


ſubinde etiam, cum neceſſarium viſum ſit, longiuſculè, nec facile dictionis alicujus huic arti propriæ, vel obſcurioris declarationem prætermitto, memor me tyronibus ſcribere, quibus niſi ſingulorum prope verborum vis & energia explicetur, mirum quam confuſos & indigeſtos rerum conceptus effingant animo. Declarationes autem illas quæſtiunculis interjectis elicio, tum ad majorem lucem, tum ad exercitanda his velut aculeis adoleſcentum ingenia, ad quos fines hanc explicationis formam valere plurimum, etiam in ipſis Logicæ, Phyſicæque Auditoribus uſu probatum eſt. Ordinem Ariſtotelis ferè ſequor, niſi ſubinde inſtituti ratio, methoduſque incipientibus accommodatior, quam ubique potiſſimum ſpecto, ab illo aliquantulum avocet. Quædam prudens omitto; quæ ab aliis copiosè traduntur, non inutilia illa quidem, ſed ad præſens inſtitutum non neceſſaria. Cùm enim ut antea dixi, diſponendis ad Logicam adoloſcentibus omnia tradi non poſſint, delectus habendus eſt, eaque potius tradenda, quæ & minus ſpinoſa ſunt, & magis neceſſaria. Hinc nihil dico de enuntiationibus Modalibus, Exponibilibus, de inventione medii, & nonnullis aliis generis ejuſdem. Eandem ob cauſam interdum regulas aliquas diviſionis, proprietates obſcuriores & minus utiles prætermitto: multo magis abſtineo à gravioribus & ſubtilioribus quæſtionibus, quas ne leviter quidem attingo, probe ſciens quàm hoc præpoſterum, & ab omni probata methodo alienum ſit. Quis vir doctus & prudens ferat adoleſcentibus


nondum


nondum Logicam ingressis, de universalibus, de entibus rationis, de relationibus & aliis hujusmodi, difficillimas proponi quæstiones ? Quid est hoc, nisi confundere ingenia, pervertere disciplinarum ordinem, fastigium ante fundamentum moliri ? Adolescentes, si me audiant, dabunt operam, ut primum Dialecticæ præcepta probè intelligant, ac firmiter teneant, certi se nihil præclari unquam in superioribus disciplinis effecturos, nisi hoc instrumento tempestivè instructi ad eas accedant. Hæc habui, Lector, quæ de instituti mei ratione præmitterem.


Tabulæ Oppositarum Purarum






3
A
Semper homo — Nunquam homo non — Non aliquaudo homo non —
Æquipol lentes
currit
Contrariæ
Nunquā homo — Semper homo non — Non aliquando homo —
Æquipol lentes
currit
E
Subalternæ
Contra-dic-toriæ
Contra-dic-toriæ
Subalternæ
I
Aliquando homo — Non nunquam homo — Non Semper homo non
Æquipol lentes
currit
Subcontrariæ
Aliquando homo non — Non Semper homo — Non nunquam homo non
Æquipol lentes
currit
O


4
A
Ubiq3 homo — Nullibi homo non — Non alicubi homo non —
Æquipol lentes
currit
Contrariæ
Nullibi homo — ubiq3 homo non — Non alicubi homo —
Æquipol lentes
currit
E
Subalternæ
Contra-dic-toriæ
Contra-dic-toriæ
Subalternæ
I
Alicubi homo — Non nullibi homo — Non ubiq3 homo non —
Æquipol lentes
currit
Subcontrariæ
Alicubi homo non — Non ubiq3 homo — Non nullibi homo non —
Æquipol lentes
currit
O




Tabulis explicandis en Distichon

AndrOgEI contradicunt; Contraria MAgnEs:
FIO Subcontraria sunt; CApIEndO Subaltern.

In vocibus AndrOgEI, MAgnEs, FIO, CApIEndO, vocales A.E.I.O sic denotant; sc: A Omne seu Univers: Aff E Nullum seu Univers: Neg: I Aliquid seu Part: Aff: O Aliquid non seu Part: Neg: juxta rythmos

Afferit A, Negat E; verum generaliter ambæ:
Afferit I, Negat O; sed particulariter ambo.

Tabula Oppositarū
Modalium.



Not. Objectũ Artis vel scientiæ
est a! Materiale vel Formale. Obj.m
materiale est Res tractata seu Materia
circa quam versatur Ars vel Scientia.
Objectum Form.le est modus quo Res
tractatur, seu ratio formalis consi-
derandi. Obj.m mat. Logicæ est
[illegible]
omne Ens quod [illegible] complecti [illegible]
Orationis [illegible] Obj.m
Form. est [illegible]
tractandi [illegible]
[illegible] Obj.m
mat. [illegible]
[illegible] quatenus
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

a Not. Objectũ Artis vel Scientiæ est 2x. Materiale vel Formale. Objm. Matle, est Res tractata seu Materia circa quam versatur Ars vel Scientia. Objectum Forle, est modus quo Res tractatur, seu ratio formalis consi:derandi. Objm. Mat. Logicæ est πᾶν νοητόν, omne Intelligibile; vel omne Ens quod mente complecti, seu Oratione eloqui possumus. Objm. Form. est 2da intentio. Nam Res tractantur in Log. ut vestitæ secun:dis Notionibus. Secdm. alios Objm. Mat: Logæ sunt Operationes In-:tellectûs Objectũ Form. quatenus eæ dirigibiles sunt in Rerum Cognitionem.

b Simplex Apprehensio est Actus Mentis per quem nudè rem con-:cipimus; h. e. nihil affirmando aut negando de eâ: à Modernis Philosophis vocatur Idæa.

Judiciũ est Actus Mentis de rebus sententiã ferens. Estq; Affirmativũ vel Negativũ. h. e. quo unam rem affirmam9 aut negamus, Idæã cum Idæâ conferim9, aut ab eâ dividimus.



MANUDUCTIO

Ad Logicam.

LOgica (seu Dialectica) est ars instrumentalis dirigens mentem nostram in rerum cognitionem. Unde pro triplice mentis operatione,

sc: 1. Apprehensione simplici.
2. Judicio. a nonnullis dici Compositio vel Divisio
3. Discursu.

Tres sunt partes Logicæ, sc:

1. De Termino simplici.
2. De Propositione seu Enunciatione.
3. De Argumentatione. et Methodo.

quarum prima primam, secunda secundam, tertia tertiam mentis operationem dirigit.

Pars prima De Termino simplici.

HÆc prima pars in tres Tractatus dividetur, quorum *primus continebit quarundam vocum explicationem, quarum per totam Dialecticam frequentior est usus. Secundus aget de universalibus* (*seu*

prædicabilibus) eritq; compendium introductionis Porphyrianæ. Tertius Categorias sive Prædicamenta explicabit, & in summam rediget ea, quæ Aristoteles in Prædicamentis tradit.

PARTIS PRIMÆ

TRACTATUS PRIMUS.

Quarundam vocum explicatio, quarum per totam ferè Dialecticam frequens est usus.

DIvidemus hunc Tractatum in duo Capita. In priori agetur de terminorum, qui apud Dialecticos in usu sunt, varietate. In posteriori de varietate prædicationum.

CAPUT. I.

De Terminorum varietate.

QVatuor in hoc capite traduntur. Primum definitio propositionis, & declaratio partium ejus. Secundum definitio termini. Tertium varia termini divisio & subdivisio. Quartum singulorum membrorum explicatio. Finis est, ut tyronibus ad sequentia via sternatur, qui defectu cognitionis eorum, quæ hic proponuntur, hærere solent ad singula.

ARTICU-

Discursus est Actus Mentis, quo unā rem ab aliâ colligimus.
Vox primæ Intentionis, quæ rei primò est imposita et aliq. extrà animū significat: Ut, Aurū, Virtus.
Vox secundæ Intentionis est quæ non immediatè rem extrà animū sed modum aliquem, quo median[te] res intelligitur, denotat. Ut Genus, species.

Discursus est Mentalis vel Vocalis; Mentalis est, quo res mente concipimus, invicem comparamus, aliasq[ue] ex aliis colligimus: Vocalis (λόγος προ:φορικὸς dictus) quo Mentis cogitata proferimus et explicam[us].

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

ARTICULUS. I.

Definitio Propositionis sive Enunciationis.

Arist. lib. I. priorum.c.I. Πρότασίς ἐστι λόγος καταφατικὸς ἢ ἀποφατικὸς τινὸς κατά τινός.

PRopositio (sive Enunciatio) est cratio aliquid de aliquo affirmans vel negans.

Affirmans, ut, *Homo est animal.*

Negans; ut, *Homo non est lapis.*

Q. I. Qnot & quæ in Propositione reperiuntur? *R.* Tria, nempe subjectum, prædicatum,& copula: ut, *Homo est animal*, ubi subjectum est *homo*, prædicatum *animal*, copula verbum substantivum *est.*

I. Subjectum est id, quod ordine constructionis præcedit verbum: ut in dicta propositione, *homo est animal*, subjectum est *homo*, quia præcedit verbum substantivum *est*, non solum pronunciatione, sed etiam constructione. Hic vero, *ardua est ad virtutem via*, subjectum est *via ad virtutem*, quia licet pronunciatione & situ sequatur copulam, præcedit tamen constructione & sensu.

Notandum est, subjectum hîc definitum vocari subjectum prædicationis, *cujus ratio post patebit.* c. 2. a. I.

2. Prædicatum est id, quod ratione constructionis sequitur verbum: ut in ista eadem propositione, *Homo est animal*, prædicatum est *animal*, quia sequitur verbum *est*, non tantum pronuncia-

tione sed etiam constructione. Ibi autem, *ardua est ad virtutem via*, prædicatum est *ardua*, quæ licet situ præcedat verbum, sequitur tamen sensu. Cur hic Terminus prædicatum nominatur, ad *c.* 2. *a.* 1. dicetur.

3. Copula est verbum conjungens prædicatum cum subjecto: ut in prædictis propositionibus verbum substantivum *est*.

Q. 2. An illa tria semper ponantur in propositione? *R.* Semper ponuntur explicite vel implicite. Explicite ponuntur, quando aliquid ordine constructionis post verbum in nominativo ponitur, *ut in allatis exemplis*. Implicite ponuntur, quando nihil ordine constructionis post verbum in nominativo ponitur: ut hic, *Deus est*, *Johannes studet*, *Petrus orat Deum*. Dixi *in nominativo*, quia si post verbum aliquid ponatur in alio casu, non propterea in tali Propositione prædicatum explicite ponitur: ut ibi, *Petrus orat Deum*; Prædicatum enim semper debet in casu convenire cum subjecto. In talibus Propositionibus verbum continet in se copulam & prædicatum: unde ut illa duo distincte appareant, resolvendum est verbum in participium, & verbum substantivum hoc modo, *Deus est existens. Joannes est studens*, *Petrus est orans Deum*.

ANNOTATIO.

Propositio apud Ciceronem non significat quamlibet enunciationem, sed tantum eam quæ in syllogismo primas tenet: Usus tamen jam obtinuit, ut pro qualibet

ſt
ct
r
.
n
ns
i-
-
e
,
o
-
,
ſt
-
-
-
o.
e
e
i-
ſt
,
:
-
10
-
et

Terminus est ex quo constituitur, & in quem resolvitur Propositio.

libet enunciatione etiam posita extra syllogismum usurpetur, forte quia quælibet enunciatio apta est primas tenere in aliquo syllogismo. Definivimus autem hic propositionem ante terminorum simplicium explicationem, licet ordine naturæ deberet illis postponi, quia ad intelligendam termini definitionem, & quæ in hoc tractatu dicentur, aliqua propositionis cognitio est necessaria.

ARTICULUS II.

Definitio Termini.

Arist.l.1. prior.c.1. Ὅρος ἐστὶν, εἰς ὃν διαλύεται ἡ πρότασις· οἷον τὸ, τε κατηγορούμενον, καὶ τὸ καθ' οὗ κατηγορεῖται.

Terminus est in quem resolvitur propositio: ut prædicatum, & id de quo prædicatur: ut *Homo & Animal.* Id est. Prædicatum vel subjectum propositionis sunt id, in quod ipsa propositio resolvitur. Itaque in omni propositione sunt duo termini, scilicet prædicatum & subjectum: ut in hac. *homo est animal*, termini sunt *homo* & *animal*.

Q. 1. Quare subjectum & prædicatum vocantur termini? R. Quia sunt extrema propositionis, quibus tota propositio concluditur: Extrema enim cujusque rei vocari solent ejus termini, ut in linea primum & ultimum punctum vocantur termini lineæ. Hinc copula non est terminus, quia non est extremum propositionis, sed inter extrema ponitur.

Q. 2. Utrum ergo voces extra enunciationem positæ non sunt termini? R. Propriè non esse, quia

quia quando ſunt extra propoſitionem, non ſunt extrema propoſitionis, quæ ipſam terminant. Vocari tamen ſolent paſſim termini, etiam quando extra enunciationem ponuntur: maxime ſi ſint ſimplices, quia ſaltem aptæ ſunt obtinere in propoſitione locum extremorum.

ANNOTATIO I.

Quidam hunc loquendi modum reprehendunt, ſed fruſtra contra communem uſum pugnatur, quem penes arbitrium eſt, & jus, & norma loquendi; maxime cum ille uſus ratione non careat. Sicut enim apud Grammaticos conjunctiones vocantur conjunctiones, etiam quando non ponuntur in oratione, & nullas ejus partes conjungunt, quia ſaltem ex vi ſignificationis ſuæ aptæ ſunt conjungere partes orationis: ſic etiam apud Dialecticos voces dici poſſunt termini, quando extra enunciationem conſtitutæ nihil terminant, quia ſaltem ex vi ſignificationis ſuæ aptæ ſunt propoſitionem terminare.

ANNOTATIO II.

Agitur hic tantum de propoſitione & termino vocali more dialectico. Itaq; non eſt, quod de propoſitione & termino mentali tyrones laborent. De ſcriptâ res eſt facilis, cum nihil aliud ſit, quam ſcriptura propoſitionem aliquam vel terminum vocalem exprimens.

ARTIC-

ARTICULUS III.

De termino ſyncategorematico, categorematico, & mixto.

PRimò dividitur terminus in ſyncategorematicum, categorematicum, & mixtum.

1. Terminus Syncategorematicus, eſt vox, quæ per ſe nihil ſignificat: aliis tamen juncta illis certum ſignificandi modum tribuit: ut *omnis*, *nullus*, *utinam*, *apud*, &c.

2. Terminus Categorematicus eſt vox, quæ per ſe aliquid ſignificat, nec ullum includit ſyncategorema: ut, *homo*, *animal*, *album*.

3. Terminus Mixtus eſt, qui categorema & ſyncategorema includit: ut, *nemo*; continet enim ſignificationem harum duarum vocum, *nullus homo*. Item, *nuſquam*, id eſt, *nullo loco*: *ſemper*, id eſt, *omni tempore*.

Inter ſyncategoremata quædam ſunt, quæ vulgò dicuntur ſigna, quia ſignificant & oſtendunt, an vox, cui adjunguntur, ſumatur univerſaliter, an particulariter: ut, *omnis*, *nullus*, *aliquis*, &c. Illorum ſignorum aliqua ſunt univerſalia: ut, *omnis*, *quilibet*, *nullus*. Alia particularia: ut, *aliquis*, *quidam*, &c. Alia negativa: ut, *nullus*, *non*, &c.

Adverte ſyncategoremata proprie non poſſe vocari terminos: quia per ſe non poſſunt eſſe ſubjectum aut prædicatum alicujus propoſitionis, ſed tantum ſubjecto vel prædicato junguntur, cum non ſint ſignificativa, ſed conſignificativa. Itaq; deinceps de termino tantum categorematico agetur.

ANNOTATIO.

Categorema *proprie* est vox, quæ de aliquo vel aliquibus dici potest: *ut* homo, animal, homines, *&c.* Syncategorema est vox, quæ de aliquo vel aliquibus dici non potest: *ut* docte, sapienter, omnis, *&c. Tales sunt omnes casus obliqui, adverbia, præpositiones, conjunctiones. Præcipue tamen ea vocantur syncategoremata, quæ à nullo categoremate derivantur: ut,* omnis, nullus, ad, apud, *&c. Illa vero, quæ derivantur ab aliquo categoremate, ad categoremata reduci non raro solent: ut,* hominis, docte, sapienter, *&c. Quam loquendi rationem in articulo secuti sumus. Hoc visum est paucis annotare: quia de hac re Dialectici admodum varie loquuntur. Ex hac doctrina potest Logicus talem formare Regulam,* quod in Terminis Syncategorematicis intelligendis non sit immorandum: *eo quod illi non possint per se intelligi; sed operam esse ponendam in eo, ut termini categorematici alicujus textus explicandi prius penetrentur.*

ARTICULUS IV.

De termino simplici & complexo.

SEcundò dividitur terminus in simplicem, sive incomplexum & complexum.

1. Terminus aliquis dicitur simplex sive incomplexus tripliciter, 1. Voce tantum. 2. Significatione tantum. 3. Voce & significatione simul.

1. Terminus simplex voce tantum, est unica dictio pluribus æquivalens: ut, *nemo*, æquivalet his duabus, *nullus homo.*

2.

2. Terminus ſimplex ſignificatione tantum eſt, qui componitur quidem ex pluribus dictionibus, ſed quæ ſignificatione uni æquivalent: ut, *corpus animatum*, *quantitas continua*, *diſciplinæ capax*. Nam Dialectici interdum utuntur duabus vocibus loco unius, propter penuriam vocum ſimplicium, quæ proinde apud ipſos tam ſimplices habeantur, quam ſi eſſent unica dictio.

3. Terminus ſimplex voce & ſignificatione ſimul, eſt una dictio ſimplicis ſignificationis, ut, *homo*.

2. Totidem modis terminus aliquis dicitur complexus, ſive compoſitus.

1 Complexus voce tantum idem eſt, quod ſimplex ſignificatione tantum: ut, *corpus animatum*.

2. Complexus ſignificatione tantum idem eſt, quod ſimplex voce tantum: ut, *nemo*.

3. Complexus voce & ſignificatione ſimul, qui componitur ex pluribus dictionibus, habentibus etiam compoſitam ſignificationem: ut, *homo albus*.

Q. Quis terminus à Dialecticis abſolutè vocatur ſimplex? R. Qui eſt ſimplex ſignificatione, ſive ſit etiam ſimplex voce, ſive non. Dialectici enim præcipue ſpectant ſignificationem. Itaq; *terminus ſimplex abſolute hic dicendus eſt, vox aliqua habens ſimplicem ſignificationem:* ut, *homo*, *corpus animatum*. De illo tantum in hoc Tractatu agitur; nam complexus, qui eſt oratio, ad ſecundum pertinet.

ANNOTATIO.

Similiter abſolute Complexus Terminus vocatur

à

à Dialecticis, qui est complexæ significationis: *cujus varia exempla sequuntur in sequentibus articulis. Hinc autem Logicus discet, quod* Terminus Complexus sit distinguendus, *cum propter complexam suam significationem possit simul verum & falsum in propositione sensum efficere.*

ARTICULUS. V.

De termino concreto & abstracto.

TErtiò dividitur terminus generatim sumptus in concretum & abstractum.

Terminus Concretus est, qui formam & subjectum significat: ut, *album*: nam hæc dictio significat albedinem, quæ est forma, & rem præditam albedine, quæ dicitur subjectum albedinis. Si enim significationem hujus vocis, *album*, reddere integrè volueris, dices *res habens albedinem*.

Q. 1. Quid hîc vocatur forma? R: Forma hic est omne illud, quod alteri aliquam denominationem seu appellationem tribuit: ut, *albedo*, respectu lactis est forma, quia tribuit ipsi denominationem *albi*: *visio*, seu actus videndi, qui est in oculo, est forma tum respectu oculi, quia tribuit illi denominationem *videntis*, tum respectu parietis vel alterius objecti, quia tribuit illi denominationem *visi*, vel *rei visæ*.

Q. 2. Quid vero hîc vocatur subjectum? R. Subjectum hic est omne illud, quod ab altero aliquam denominationem seu appellationem suscipit: ut, *lac*, respectu albedinis, quia ab illa suscipit denominatio-

nominationem *albi* : *oculus*, respectu visionis, quia ab illa suscipit denominationem *videntis*. Item *paries*, respectu ejusdem visionis, quia ab illa denominatur *visus*, seu *res visa*.

Notandum verò subjectum hic descriptum vocari subjectum denominationis, *sive etiam sit subjectum inhæsionis, sive non. Quid autem sit subjectum inhæsionis, patebit Tract.3. hujus partis c.2. a.1. ubi dicetur, quid sit esse in subjecto inhæsionis. Subjectum denominationis explicabitur artic. sequenti, & octavo.*

2. Terminus Abstractus est, qui significat solam formam, non autem subjectum : ut ista vox, *albedo*: tantum enim significat albedinem, quæ est forma, non autem rem affectam albedine, quæ est subjectum.

ANNOTATIO.

De concretis substantivis non sint tyrones solliciti, quia eorum cognitio neque hoc loco tradi commodè potest, neq; ad præsens institutum est necessaria. Satis superque est, si generatim intelligant, omnia nomina substantiva usitata esse concreta: *ut*, Johannes, homo, equus, animal, arbor, *&c.* Abstracta vero illis respondentia fingenda esse : *ut à Joanne fingitur* Joanneitas, *sicut Cicero à Lentulo finxit* Lentuleitas, *ab homine* humanitas, *& ab equo* equinitas, *ab animali* animalitas, *&c. Ex hujus articuli doctrina licebit discere, quid sit* Materialiter, *item* Formaliter *aut* Concretè sumi terminum.

ARTIC.

ARTICULUS VI.

De termino intrinſece & extrinſece denominante.

SUbdividitur terminus concretus in terminum denominantem intrinſece, & denominantem extrinſece.

1. Terminus Concretus denominans intrinſece eſt, qui tribuitur ei, in quo eſt forma per ipſum ſignificata: ut, *album*: nam iſte terminus tribuitur lacti, nivi, papyro, cygno, &c. in quibus eſt forma per ipſum ſignificata, nempe albedo.

2. Terminus Concretus extrinſece denominans eſt, qui tribuitur ei, in quo non eſt forma per ipſum ſignificata: ut, *videri*, vel, *viſum eſſe*. Nam iſte terminus tribuitur parieti, in quo non eſt forma per ipſum ſignificata, ſcilicet viſio: hæc enim eſt in oculo, non pariete, vel quavis alia re viſa. Talia ſunt omnia verba & participia paſſiva ſignificantia actiones animæ: ut, *audiri, intelligi, amari, deſiderari*; *auditum, intellectum, amatum, deſideratum*. Nam, ut ex uno colligas cætera, dicitur amari pecunia, cum tamen amor non ſit in pecunia, ſed in animo illam amantis. Item pleraq; verba & participia activa ſignificãtia alias actiones: ut, *illuminans, calefaciens*, &c. dicitur verbi gratia, Sol illuminans, cum tamen illuminatio non ſit in Sole, ſed in aere. Verum iſta hoc loco enucleatius tradi nec debent, nec poſſunt.

ANNOTATIO.

Ex hac doctrina licebit cavere *multas* Fallacias,

quæ

quæ committi solent per extrinsece denominantes terminos: *Item intelligere, quid sit* subjectum denominationis; *nam id*, quod à forma denominatur, *dicitur* Subjectum Denominationis.

ARTICULUS VII.

De Termino connotativo & absoluto.

QUartò dividitur terminus generaliter acceptus in connotativum & absolutum.

I. Terminus Connotativus est, qui significat formam quasi adjacentem: ut, *album*, *coloratum*, *dulce*, *&c.*

Q. 1. Quid est significare formam quasi adjacentem? R. Est significare adjective. Itaq; sola adjectiva sunt connotativa; ut exempla jam adducta, vel quæ significant per modum adjectivorum: ut, *dominus*, *servus*, *pater*, *filius*, &c.

Q. 2. Quotuplex significatum habet terminus connotativus? R. Duplex, materiale & formale. Significatum materiale est subjectum formæ nomine connotativo expressæ. Significatum formale est forma nomine connotativo expressa: ut, hic terminus, *album* (ut antea dictum est) significat duo, scilicet subjectum, quod est res habens albedinem, nempe lac vel paries, & formam, quæ est albedo. Res habens albedinem, (nimirum lac vel paries) est significatum materiale, albedo vero significatum formale.

Q. 3. An terminus connotativus eodem modo significet suum significatum materiale & formale? R.

R. Non; nam materiale significatum significatur in recto, formale autem in obliquo. Illud verò dicitur significari in recto, quod in explicatione termini significantis ponitur in nominativo casu. Illud dicitur significari in obliquo, quod in explicatione termini significantis ponitur in casu obliquo: ut si velis explicare significationem hujus termini connotativi, *album*, dices, *album est res habens albedinem*, vel *affecta albedine*, nimirum lac, vel paries vel nix, &c. Ubi *res* quæ est subjectum albedinis, ponitur in nominativo; *albedo* autem, quæ est forma, ponitur in obliquo, videlicet in accusativo, vel ablativo. In idem redibit, si ad explicandam illam differentiam dicas, in explicatione termini connotativi significatum materiale, vel potiùs nomen quo illud exprimitur, cum nomine connotativo facere concordantiam, & ideo semper in casu cum illo convenire: formam verò, vel potiùs nomen, quo illa exprimitur, minime; ut patet ex declaratione superiori.

Q. 4. Quid est igitur connotare, & quid connotatum? R. Connotare est præter id, quod in recto significatur, simul aliquid in obliquo importare. Connotatum verò est id, quod significatur in obliquo supra id, quod importatur in recto: *v. g.* ille terminus, *pater*, dicitur connotare filium, & filius dicitur esse illiùs connotatum. Si enim quæratur, quid sit pater? dicetur, *est is, qui genuit filium*. Ubi vides aliquid significari in recto, nempe eum, qui genuit: & præter illum significari filium; sed in obliquo.

Ter-

Denominativa inter Antepræ:
:dicamenta recenseri solent; sed
hîc loci Autor non ad amussim Arist:
vestigiis insistit: Ejus igitur doctri:
nam breviter explicabimus. —

Antepraedicamenta sunt Doctrina
praeambula, conducens ad Cognitioné
Prædicamentorú. Sunt autem in genere
3.a in specie 7. Tres sc. Definitiones
Univocorú, Æquivocorú, et Denomi:
:nativorú: Duæ Divisiones, h.e.
Vocú in Complexas et Incomplexas,
et Rerú in Universales, et Particula:
:res: Et Duæ Regulæ, quarú 1.a sic
se habet. "Quicquid de Prædicato
dic.r dic.r de Subto. h.e. directè, et
per se: 2.nda verò sic. Diversorú generú
non subalternatim positorú diversæ sunt
Species et Differentiæ. Genera subalterm.
posita, sunt quorú Unú Essentialiter
continetur sub Altero. —

2. Terminus Absolutus est, qui non significat formam quasi adjacentem, id est, non adjectivè: ut, *albedo, lapis, homo, animal*, &c.

ANNOTATIO.

Ex hac doctrina discitur, quid sit terminum sumi Connotativè *vel* absolutè.

ARTICULUS VIII.

De termino denominativo & denominante.

QUintò dividitur terminus in denominativum & denominantem.

1. Terminus Denominativus idem est, quod connotativus. Hujus itaque definitio ex superiori articulo reperiatur.

2. Terminus denominans est abstractum respondens termino denominativo seu connotativo: ut, *album*, est denominativum, *albedo* denominans.

Denominativum est triplex, voce tantùm, significatione tantum, voce & significatione simul.

1. Denominativum voce tantùm est, quod cum aliquo abstracto convenit initio dictionis, sed ab eo differt formali significatione: ut, *somnolentus*, respectu hujus abstracti, *somnus*: nam *somnus* significat quietem naturalem, *somnolentus* autem significat vitium.

2. Denominativum significatione tantùm est, quod cum aliquo abstracto convenit tantùm significatione, non voce: ut, *probus*, respectu hujus nominis, *virtus*.

3. Denominativum voce & significatione simul est,

quod

quod cum aliquo abstracto convenit significatione & initio dictionis, sed finali terminatione distinguitur: ut, *album*, respectu hujus abstracti, *albedo*.

Hoc solum definitur ab Aristotele in Antepraedicamentis his verbis:

Arist. categ: c. 1. Παρώνυμα λέγεται, ὅσα ἀπό τινος, διαφέροντα τῇ πτώσει, τὴν κατὰ τὸ ὄνομα προσηγορίαν ἔχει. *i. e.*

Denominativa dicuntur, quaecunq; ab aliquo differentia casu, inde nominis appellationẽ habent. Terminus denominans & denominativus (tertia acceptione) ut *nigredo* & *niger*.

Quantum ad
- 1. Vocem
  - Conveniunt in Principio.
  - Differunt in fine.
- 2. Significationẽ
  - Conveniunt in re significatâ, quae utrobiq; est eadem *nigredo*.
  - Differunt in modo significandi; quòd denominans significat formam absolutè, denominativus, ut adjacentem subjecto.

Denominativo & denominanti respondet denominatum. est autem denominatum subjectum formae, de quo vox denominativa accidentaliter dicitur; ut, *corvus* est denominatum *nigri*, *cygnus albi*.

Idem dicitur & *subjectum denominationis*, de quo supra, *Art. 6.* quid sit praedicarĩ denominativè vide *art. seq. in Ann.*

ARTIC.

In Denominatione sunt 3ª.

1.° Forma Denominans, i.e. Accidens Abstractū inhærens subto. Ut, Justitia.

2.° Subjectū Denominatū, et est substantia cui Forma inhæret. Ut, Socrates.

3.° Denominativū, et est Accidens Concretū, q.d de subto prædicat. et à Formâ oritur. Ut, Justus. —

Si plures voces significent rem eodem modo, dicuntur Synonoma.

ARTICULUS IX.

De termino univoco & æquivoco.

SExto dividitur terminus generaliter acceptus in Univocum & Æquivocum.

1 Terminus Univocus est, qui pluribus divisim tribuitur in eadem significatione: ut ille terminus, *homo*, comparatione Joannis, Petri & cæterorum hominum. Illis enim in eadem significatione tribuitur.

Q. 1. Quid est pluribus tribui divisim? R. Est eorum singulis tribui seorsim, ut in exemplo allato: non omnibus conjunctim, ut *Populus* vel *numerus Joanni, Petro, & cæteris hominibus, qui proinde vocatur* nomen seu Terminus collectivus.

Q. 2. Unde cognosci potest aliquem terminum pluribus tribui in eadem significatione? R. Si ei semper in mente respondeat idem conceptus, id est, si ejus significatum eodem semper modo concipiamus; v. g. dum homo tribuitur Joanni & Petro idem conceptus in mente formatur, & eodem modo significatum illius vocis concipitur.

Q. 3. Unde vero cognoscitur eundem semper conceptum termino respondere; seu ejus significatum eodem semper modo concipi? R. Si eadem explicatio semper illi possit accommodari: v. g. *homo*, dum tribuitur Joanni, Petro, &c. semper explicatur per *animal rationale*, cũ Joannes sit homo, quia est animal rationale, & Petrus etiam sit homo, quia est animal rationale, &c. Hoc autem semper accidit, quando nomen imponitur pluribus prop-

ter eandem rationem in illis inventam, & ipſo nomine expreſſam ut patet per exemplum adductum.

Terminus univocus dicitur à Dialecticis univocum univocans, hoc enim idem eſt ac nomen commune quod pluribus in eadem ſignificatione tribuitur.

Huic reſpondent univoca univocata, quæ ſunt ipſæ res plures, quibus aliquod nomen in eadem ſignificatione tribuitur: ut, *Joannes* & *Petrus*, reſpectu nominis, *homo*.

Hæc ſolum in anteprædicamentis ab Ariſtotele definiuntur his verbis:

Ariſt. categ. c. 1. Συνώνυμα λέγεται, ὧν τό τε ὄνομα κοινὸν, καὶ ὁ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ὁ αὐτός.

Univoca dicuntur, quorum & nomen commune eſt, & ratio ſubſtantiæ nomini accommodata eadem eſt: Id eſt, ſunt entia plura, quibus tribuitur idem nomen in eadem ſignificatione, & ita ut definitio ſeu explicatio nominis ſemper maneat eadem.

2 Terminus Æquivocus eſt, qui pluribus diviſim tribuitur in diverſa ſignificatione, ut nomen *canis*, comparatione canis domeſtici, & conſtellationis, quæ illo etiam nomine appellatur: *gallus*, reſpectu galli gallinacei, & hominis Galli: *homo*, reſpectu hominis veri & picti.

Q. 4. Unde poteſt cognoſci aliquem terminum tribui pluribus in diverſa ſignificatione? R. *Ex* ſignis contrariis, videlicet, ſi ei reſpondeat in mente

varius

×Æquivoca sunt vel a Casu, vel à Consilio. Æquivocũ a Casu est, q.d fortuitò plura significat. A Consilio, q.d plura significat propter aliquã inter se convenien:tiam; Ut Risus, ad exprimandã hilaritatẽ hominis, et floriditatem Prati.

×Analoga sunt media inter Univoca et Æquivoca, et sic definiri possunt. Analoga sunt quorum nomen est comune; ratio tamen ejus est prior et perfectior in uno quam in altero. Ut Ens est prius et perfectius in substantia quam in Accidente.

varius conceptus, id est, si ejus significata vario modo concipiantur, quod fit, quando diversæ explicationes uni termino debent adhiberi, ut si tribuas illud nomen, *canis*, animali domestico & constellationi, non formabis utrobique eundem conceptum, sed varie significatum illius vocis concipies, & diversas ejus explicationes adferes. Nam si explices illum terminum, dum tribuitur animali domestico, dices, canem esse animal latrans; si vero eundem explices, dum tribuitur constellationi, dices, canem esse seriem aliquot stellarum. Similiter *homo*, dum tribuitur homini vero explicatur esse animal rationale: dum verò tribuitur homini picto, explicatur esse figura & imago hominis, &c. Et ratio est, quia illud nomen imponitur illis pluribus propter diversas rationes.

X. Terminus Æquivocus dividitur in pure æquivocum & analogum.

1. Terminus pure Æquivocus est; qui plura æque primo significat: ut, *canis*, respectu canis domestici & cœlestis : *gallus*, respectu galli gallinacei, & hominis Galli.

2. Terminus analogus est, qui plura non æque primo significat, sed unum primariò, alterum secundariò: ut *homo* respectu hominis veri & picti; ista enim vox, *homo*, primariò & proprie significat hominem verum; secundariò autem & impropriè hominem pictum.

Terminus analogus est duplex, Attributionis & proportionis.

1. Analogus attributionis est, qui pluribus, sed illorum uni per attributionem ad alterum, convenit, i. e. quia unum ab altero dependet. sic Ens convenit substantiæ et accidenti; sed substantiæ per se; accidenti verò gratia svbstantiæ & per atttrbutionem ad illam, quia ab illa dependet; ideoq; dicitur Entis (i. e. substantiæ) Ens. sic sanum dicitur de animali, de ambulatione, medicina & urina; sed de animali per se (ut illud cui convenit sanitas) de ambulatione ut causa conservante, de medicinâ ut causâ restituente (seu reproducente) & de vrinâ vt signo eius dicitur.

2. Analogus proportionis est, qui pluribus ob similitudinem vel proportionem, quam inter se habent, convenit; quæ duplex est.

1. Simplex proportio, quâ plura inter se similia sunt respectu unius tertii. sic *quantitas* & *qualitas* conveniunt in *Inhæsione*. Herodes & vulpes in *astutiâ*. *Inhærens* ergo & *astutum* prædicto respectu sunt Analoga proportionis.

2. Proportionalitas, quâ plura similia sunt respectu duorum similium; unde dicitur proportio proportionum i: *figura acuta* & *sonus acutus* in hoc similes sunt, quod sicut se habet *figura acuta* ad *oculum*, sic & *sonus acutus* ad *aurem*. Sic *pastor ovium* & *pastor Ecclesiæ* in hoc conveniunt, quod sicut se habet *ille* ad *gregem ovium* sic & *hic* ad *Ecclesiæ populum* *Acutum* ergo & *pastor* dicto sensu sunt Analoga proportionalitatis.

Terminus æquivocus à Dialecticis dicitur æquivocum

vocum æquivocans; hoc enim idem eſt ac nomen commune, quod pluribus in diverſa ſignificatione tribuitur.

Huic reſpondent æquivoca æquivocata; quæ ſunt ipſæ res plures quibus aliquod nomen in diverſa ſignificatione tribuitur; ut *canis domeſticus & cæleſtis*, reſpectu nominis, *canis* : *gallus gallinaceus & gallus homo*, reſpectu nominis, *gallus*.

Hæc definiuntur ab Ariſtotele in Anteprædicamentis his verbis:

Ariſt.categ. c: 1. Ὁμώνυμα λέγεται, ὧν ὄνομα μόνον κοινὸν, ὁ δὲ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ἕτερος.

Æquivoca ſunt, quorum nomen ſolum commune eſt, ratio vero ſubſtantiæ nomini accommodata diverſa. Id eſt, ſunt entia plura quibus tribuitur idem nomen in diverſa ſignificatione ſeu ita ut definitio & explicatio nominis ſit diverſa. Quod ſi illæ res plures æque primo ſignificentur, dicuntur ſimpliciter æquivocata, qualia ſunt duo exempla iam Propoſita: ſi vero una ſignificetur primario, altera ſecundario, dicuntur analogata: ut, *homo verus & pictus*, reſpectu nominis, homo; nomen verò illud commune Homo, dicitur Analogum analogans.

ANNOTATIO.

Hinc diſcimus cautè diſcernendum eſſe, num Terminus aliquis conveniat multis univocè an æquivocè, ad cavendas fallacias p. 3. tr. 2. c. 1. a. 3.

Item, quid ſit Prædicari univocè & æquivocè.

Prædicari

1. Univocè est de pluribus divisim affirmari secundum nomen & definitionem (i. e. in eadem significatione) quomodo *superiora prædicantur de inferioribus ejusdem prædicamenti.*

2. Æquivocè est de pluribus divisim affirmari secundum nomen, & non secundum definitionem (seu in diversa significatione) quomodo *ens prædicatur de decem prædicamentis. quibus addimus ex art: præc:*

3. Denominativè est affirmari in concreto; quomodo *accidentia* in novem vltimis prædicamentis *prædicantur de substantia* in primo.

ARTICULUS. XI.

De terminis comparatis.

Septima termini generatim sumpti divisio desumi potest ex comparatione unius termini cum altero.

Quatuor enim modis ad se invicem termini comparari possunt. 1. ut repugnantes. 2. ut convertibiles. 3. ut magis et minus communes. 4. ut excedentes & excessi.

1. Termini repugnantes sunt, quorum neuter aliquid alterius includit: seu qui de se invicem universaliter negari possunt, ut *homo* & *brutum*: nullus enim homo est brutum, & nullum brutum est homo.

2.

Terminus etiam dic. transcendens, qui solis omnibus veris Entibus competit, nec ullo Praedicamento concluditur, ut Ens, aliquid, unũ, &c. Supertranscendens, qui omnibus etiam fictis, ut imaginabile, cogitabile. Non-transcendens omne aliud nomen.

2. Termini convertibiles ſunt quorum vterque totum alterum includit; ſeu, qui de ſe invicem vniverſaliter affirmari poſſunt: ut *homo* & *riſibilis*; omnis enim homo eſt riſibilis, & omne riſibile eſt homo.

3. Termini magis & minus communes ſunt, quo- unus totum alterum includit, ſed non è contra; ſive, quorum unus poteſt de altero vniverſaliter affirmari, ſed non alter viciſſim de illo: ut *animal* eſt terminus magis communis quàm *homo* quia omnis homo eſt animal, ſed non omne animal eſt homo.

4. Termini excedentes & exceſſi ſunt, quorum vterque aliquid alterius includit, ſed neuter totum; ſive quorum neuter de altero poteſt univerſaliter affirmari vel negari, ſed tantum particulariter: ut *homo* & *albus*. Dicuntur vero tales termini excedentes & exceſſi, quia ſe mutuo excedunt: unus enim de aliquo affirmari poteſt, de quo alter non poteſt affirmari: & vice verſa, hic poſterior poteſt de aliquo affirmari, de quo prior non poteſt: deniq, de uno & eodem verè affirmantur: *v. g.* termini iam propoſiti excedunt ſe mutuo, quia datur homo, qui non ſit albus, ut Æthiops; datur album, quod non ſit homo; ut cygnus; datur quod ſit utrumque, ut Belga.

ANNOTATIO.

Hæ ſunt potiſſimæ terminorum apud Dialecticos uſitatæ diverſitates, Sunt & aliæ complures; verum nobis non neceſſariæ, & ſtudio brevitatis omittendæ.

CAPUT II.

IN hoc capite, ut in præcedenti, tria proponentur. Primum prædicationis in genere definitio. Secundum varia ipsius divisio, & subdivisio. Tertium singulorum membrorum explicatio. Finis est, ut tyrones statim initio rudem saltem notitiam habeant variarum predicationum, sine qua definitiones universalium, quæ secunda hujus tractatus parte traduntur, nequeunt intelligi.

ARTICULUS I.

Definitio prædicationis, tum de prædicatione propria & impropria, & hac duplici, causali & concomitativa.

PRædicatio est affirmatio unius de altero: ut *homo est animal.* Dico *affirmatio*, quia etsi negatio possit aliquo modo dici prædicatio, ordinarie tamen nomine prædicationis solet Dialecticis intelligi affirmatio.

Quibus partibus constet prædicatio, vide suprâ ca. 1. art. 1. ubi traduntur partes propositionis; prædicatio enim idem est, quod propositio affirmativa.

Hinc apparet, Cur subiectum in propositione vocatur *subjectum prædicationis* & alter terminus prædicatum ut dictum c. 1. a. 1. primum *sc.* quia subjicitur seu substat prædicationi; vel est id, de quo fit Prædicatio alterius termini, qui exinde dicitur prædicatum. Vnde & in lineâ prædicamentali (de quâ tract. 2. c. 2. a. 1.)

1.) terminus inferior est subjectum prædicationis respectu superioris, cui supponitur: & superior est prædicatum respectu inferioris, quoniam de sibi subiecto inferiori prædicatur. ut v. g. *homo*, terminus inferior, subiectum, *animal*, superior, Prædicatum.

Prædicationum alia est propria alia impropria.

1. Prædicatio propria est, cuius omnes partes sumuntur in propria significatione: ut, *homo est animal.*

2. Prædicatio impropria est, cuius aliqua pars sumitur in impropria significatione: ut, *prata rident*; ubi verbum, *rident*; sumitur in impropria & metaphorica significatione.

Huc pertinent omnes tropicæ locutiones, quas tamen dialecticus rhetori reliquit, duas tantum ejus species usurpans, in quibus copula sumitur improprie.

Prædicatio itaque impropria apud dialecticos duplex est, alia causalis, alia concomitativa.

1. Prædicatio Causalis est, in qua effectus de sua causa, vel causa de suo effectu in recto prædicatur: ut hæc: *præsentia solis est dies*, nam dies est effectus præsentiæ solis: Item hæc, *dies est præsentia solis*; sicut enim in priori effectus de causa: ita in hac causa de effectu prædicatur.

Q. 1. *Ostende copulam in prædicatione causali sumi improprie. R. Quia verbum substantivum*, est, *proprie significat identitatem rei per subjectum & prædicatum in recto significatæ, ut cum dico,* paries est albus, *significo parietem & rem affectam albedine*

bedine esse eãdem rem: At vero in propositione causali verbum substantivũ non significat illam identitatem, sed processum unius ab altero, ut cum dico, præsentia solis est dies, *non denoto præsentiam solis esse proprie ipsum diem, sed efficere diem.*

2. Prædicatio Concomitativa est, in qua unum de altero affirmatur in recto, ideo tantum quod necessario cum illo existat: ut, *generatio unius est corruptio alterius;* generatio enim non est idem quod corruptio, sed tantum eam necessario comitatur.

Q. 2. Quare in utraque definitione additur illa particula, in recto? R. Quia si prædicatio causæ de effectu, vel contra: item si prædicatio unius concomitantium de altero fiat in obliquo tantum, non erit prædicatio impropria: ut si dicam, præsentia solis efficit diem, generatio comitatur corruptionem: *copula enim hic non sumitur improprie.*

ARTICULUS *II.*

De prædicatione ordinata & inordinata, & hac varia.

PRædicatio propria dividitur in ordinatam, & inordinatam. seu directa

1. Prædicatio Ordinata est, in qua id prædicatur, quod aptius est prædicari: *ut homo est animal, homo est risibilis.*

Q. 1. Quænam aptiora sunt prædicari quam subiici? R. Duo potissimum, scilicet superius sive generalius comparatione sui inferioris: ut *animal* comparatione

Prædicatio Naturalis vs directa est, quando Æquale prædic.tr de Æquali, aut Superius de Inferiori, aut Acci:dens de Subto. Prædicatio Indirecta est, quando Inferius de Superiore, Sub.m de Accidente, aut Accidens de Accidente prædicatur.

comparatione hominis, & Connotativum comparatione ſui abſoluti: ut, *riſibile*, comparatione hominis.

2. Prædicatio Inordinata eſt, in qua non prædicatur id quod eſt aptius prædicari: ut hæ, *animal eſt homo: riſibile eſt flebile.*

Prædicatio inordinata eſt duplex, contra ordinem & præter ordinem.

1. Prædicatio inordinata contra ordinem eſt, in qua id prædicatur, quod aptius eſt ſubiici: ut, *animal eſt homo, riſibile eſt homo,*

Q. 2. Quot modis fit prædicatio inordinata contra ordinem? R. Duobus *præcipue modis : uno, ſi inferius prœdicetur de ſuo ſuperiori: ut* animal eſt homo*: altero ſi abſolutum prædicetur de connotativo: ut* riſibile eſt homo. *Ex quo patet, has prœdicationes fieri ordinatas ſola tranſpoſitione terminorum.*

2. Prædicatio inordinata præter ordinem eſt, in qua neutrum aptius eſt ſubjici vel prædicari quam alterum: ut, *album eſt dulce, enſis eſt gladius.*

Pr*ædicatio inordinata præter ordinem eſt duplex prædicatio identica, & prædicatio per accidens.*

1. prædicatio Indentica eſt, cuius ſubiectum & prædicatum ſunt eiuſdem prorſus ſignificationis; ut, *homo eſt homo, enſis eſt gladius.*

2. Prædicatio per accidens eſt, in qua unus terminus connotativus de altero etiam connotativo prædicatur, ratione tantum materialis ſignificati, in quo eorum formalia ſignificata ſimul reperiuntur: ut, *album eſt dulce*; nam album dicitur dulce ratione tantum lactis, vel alterius ſubiecti, in quo &

albedo

albedo & dulcedo, quæ sunt formalia significata, reperiuntur.

Q: 3. *Quare additur in definitione particula exclusiva,* TANTUM? *R. Quia si formalia significata habent connexionem aliquam per se, sive ratione sui, & non tantum ratione materialis significati, prædicatio unius connotativi de altero non erit prædicatio per accidens. Contingere id potest duobus casibus. Unus est, si abstractum unius connotativi possit prædicari de abstracto alterius in recto, unde hæc non est prædicatio per accidens,* album est coloratum *quia licet dicere in abstracto,* albedo est color. *Alter casus est, si forma per unum connotativum significata sit causa formæ per alterum significatæ. aut similem aliquam connexionem cum illa habeat, unde hæc etiam non est prædicatio per accidens,* Justus est honorandus, *quia justitia est causa honoris. Tunc ergo demum unus terminus connotativus prædicatur de altero per accidens, quando formæ per illos significatæ tales sunt, ut nec de se invicem prædicari possint in abstracto, nec una sit causa alterius, sed per accidens solum contingit, ut in eodem reperiantur.*

ARTICULUS III.

De prædicatione intrinseca & extrinseca, essentiali & accidentali, in quid & in quale.

P*Rædicatio ordinata duplex est, una intrinseca, altera extrinseca.*

1. Prædicatio intrinseca est, cujus formale prædicatum est in subjecto; ut, *homo est albus,* nam albedo

x quando terminus intrinsecè deno:
:minans prædicatr.

x quando Terminus extrinsece denominans prædicatur.

bedo, quæ eſt formale prædicatum, id eſt, formale ſignificatum prædtcati, eſt in ſubjecto, nempe homine.

2. Prædicatio Extrinſeca eſt, cujus formale prædicatum non eſt in ſubjecto: ut *paries videtur*; nam viſio, quæ eſt formale prædicatum, non eſt in ſubjecto, ſcilicet pariete,

Tales ſunt omnes prædicationes conſtantes prædicato, quod ſit concretum extrinſecè denominans, de quo dictum eſt cap. 1. art. 6.

Prædicatio intrinſeca ſubdividitur in eſſentialem & accidentalem.

1. Prædicatio Eſſentialis eſt, cujus totum prædicatum eſt de eſſentia ſubjecti: ut, *homo eſt animal, homo eſt animatus.*

Q. 1. Quid dicitur eſſe de eſſentia alterius? R. Illud ſine quo alterius natura nec eſſe, nec concipi poteſt: ut, *anima* eſt de eſſentia hominis, quia homo nec eſſe nec concipi Poteſt ſine anima. Item *animal* dicitur homini eſſeentiale: quia nonpoteſt aliquid eſſe aut concipi eſſe homo quin ſit & concipiatur eſſe animal.

Q. 2. Quare dicitur in definitione, TOTUM PRÆDICATUM debere eſſe de eſſentia ſubjecti? R. Quia ſi aliqua Pars prædicati non pertineat ad eſſentiam ſubjecti, non erit prædicatio eſſentialis, etiamſi alia pars ſit de eſſentia ſubjecti: ut hæc prædicatio, *Joannes eſt homo albus*, non eſt eſſentialis, quia *album* non eſt de eſſentia Joannis, licet *homo* ſit de eſſentia illius.

2. Prædicatio Accidentalis eſt, cujus prædicatum vel nulla ex parte, vel non totum eſt de eſſentia ſubjecti: ut *Joannes eſt albus*, vel *Joannes eſt homo albus.*

Prædicatio accidentalis aliter ſolet vocari denominativa, quia in ea denominativum prædicatur de denominato, ut patet ex allatis exemplis.

Prædicatio intrinſeca rurſum eſt duplex, in quid, & in quale.

1. Prædicatio in quid, ſive Quidditativa eſt, qua apte reſpondetur quærenti quid ſit res, ut, *homo eſt animal.*

2. Prædicatio in quale eſt, qua apte reſpondetur quærenti qualis ſit res: ut, *homo eſt rationalis*; quærenti enim qualis ſit homo, apte reſpondetur; *homo eſt rationalis.* Item iſtæ, *Joannes eſt albus, eſt probus, eſt doctus*, &c. nam quærenti qualis ſit Joannes, convenienter reſpondetur, *quod ſit albus, probus, doctus*, &c.

Prædicatio in quale eſt duplex, una in quale eſſentiale, altera in quale accidentale.

1. Prædicatio in quale eſſentiale (quam vocant prædicationem in quale quid) eſt, qua apte reſpondetur quærenti qualis ſit res ſecundum eſſentiam: ut *homo eſt rationalis, brutum eſt irrationale*: nam ſi quæratur qualis ſit homo ſecundum eſſentiam ſuam, apte reſpondebitur, quod ſit rationalis; & ſi quale ſit brutum, recte dicetur eſſe irrationale; quia *rationale* eſt de eſſentia hominis, & *irrationale* de eſſentia bruti.

2.

2.
sim
re
de
al

ad
in

D

I

ut
lis
de
ali
ne
2.
nc
gr
3.
ve
ci
qu
Jo

2. Prædicatio in quale accidentale (quam vocant ſimpliciter prædicationem in quale) eſt, qua apte reſpondetur quærenti qualis ſit res ſecundum accidentia, vel proprietates: ut, *homo eſt riſibilis, flebilis, albus, doctus*, &c.

Hanc diſtinctionem eſſentialis & accidentalis non admittit prædicatio in quid, quia omnis prædicatio in quid eſt eſſentialis.

ARTICULUS. IV.

De prædicatione neceſſaria, impoſſibili, contingenti.

PRædicatio generatim ſumpta rurſus dividitur in neſſariam, impoſſibilem & contingentem.

1. Prædicatio Neceſſaria eſt, quæ ſic eſt vera, ut non poſſit eſſe falſa: ut, *homo eſt animal rationalis, riſibilis*. Illud ergo dicitur prædicari neceſſario de aliquo, quod nunquam vere poteſt negari de aliquo: ut, *animal, rationale, riſibile*, de homine.

2. Prædicatio impoſſibilis eſt, quæ ſic eſt falſa, ut non poſſit eſſe vera; ut *homo eſt brutum, album eſt nigrum*.

3. Prædicatio Contingens eſt, quæ poteſt eſſe vera & falſa: ut, *Joannes eſt probus*. Unde illud dicitur de altero contingenter prædicari, quod aliquando poteſt negari de illo: ut, *eſſe probum*, de Joanne.

PARTIS

PARTIS PRIMÆ TRACTATUS SECUNDUS

De Universalibus.

Dividetur hic tractatus in tria capita, In primo agetur de universali & individuo generatim. In secundo speciatim de iis Universalibus, quæ prædicantur in quid. In tertio de iis, quæ prædicantur in quale.

CAPUT I.

De Universali & Individuo generatim.

IN hoc capite duo explicantur, definitio universalis, & definitio individui: prius enim hæ intelligendæ sunt, quam singulorum universalium definitiones, quas tradit Porphyrius, explicentur.

ARTICULUS I.

Definitio Universalis.

E Præcipuis Termini divisionibus est illa in Universalem seu Communem,

ut *homo*, &

Singularem seu Individuum,

ut *Joannes*.

Hæc est divisio cujus gratia pleræque aliæ supra traditæ sunt, ut patebit ex sequentibus.

Arist. lib. de Interp. c. 7. Καθόλȣ ἐςὶν, ὃ ἐπὶ πλειόνων πέφυκε κατηγορεῖσθαι.

Universale est quod de pluribus naturaliter aptum est prædicari. id est Universale est

Terminus simplex qui ex sua natura aptus est de rebus veris univoce prædicari: ut *homo* de Johanne

Universale et Praedicabile re idem sunt, ratione differunt. Nam aliquid dic^r^. Universale quatenus est in multis; Praedicabile, quatenus de multis praedicatur.

hanne & Petro. potest enim dici, *Joannes est homo, Petrus est homo.*

Terminus simplex dicitur, qui habet simplicem significationem.

Vide dicta tract 1.c.1.*art.*4.*Hinc excluduntur orationes. ut,* animal rationale, *& vocabula simplicia voce tantum: ut,* nemo, *de quibus ibidem dictum est,*

Quid sit prædicari facile colligitur ex iis, quæ de prædicatione in communi, & variis ejus speciebus, supra tract.1. c.2. a.1. &c. diximus.

Quid sit prædicari univoce etiam dictum est tract. 1. c. 1. a. 9. in Ann.

Hinc excluduntur, (1) *Individuum* seu *singulare,* quod de uno tantum prædicari potest in eadem significatione de pluribus vero non, nisi in diversa & æquivoce, ut art: seq: ostendetur.

(2) *Termini communes æquivoci* (sub quibus Analogos comprehendo) *relati ad sua æquivocata,* ut canis ad domesticum & cælestem, cum in diversa significatione illis conveniat. (3) *Nomina collectiva* ut populus; quia non de pluribus divisim (sed solum conjunctim) prædicantur. nisi sumantur respectu plurium collectionum; ut populus de hoc & illo populo.

Q. 1. Quare dicitur ex suâ natura aptus est prædicari, & non potius, prædicatur? R. Quia non est necesse, ut universale prædicetur actu, sed satis est, quod naturaliter aptum sit prædicari: uti fit dum ponitur extra enunciationem, aut in eo tenet locum subjecti.

Item cum unicum solum Individuum seu singulare

habeat, ut *sol*, *luna*, &c. sic & Homo cum solus Adam creatus fuerit. Licet enim in illo statu non possint prædicari de pluribus, cum desint illa plura de quibus prædicentur, tamen naturaliter apta sunt de illis prædicari, quia si Deus plura crearet (quod facere potest, & de homine actu fecit) de illis prædicarentur. Et hoc sufficit, ut sint universalia, unde apparet, Ad universale non requiri ut sint plura individua seu singularia actu existentia; sed satis est si unum actu existat, modo plura sint possibilia.

Q. 2. *Quare additur particula illa de rebus veris.* Res. *Ad ostendendum necessarium esse ut universale sit res vera, quia de rebus veris prædicari debet.*

Dicitur autem *res vera*, seu ens *reale*, quod reipsa existit, vel existere saltem potest: ut, *homo*, *equus*, *rosa*, etiam in hyeme, quod reipsâ existit, dicitur ens reale actu; ut rosa in vere. quod non existit, sed existere potest, dicitur ens reale in potentia; ut rosa in hyeme. Excluduntur per hanc partem termini significantes entia fictitia, quæ Philosophi vocare solent entia rationis, id est, aliqua impossibilia mente concepta & conficta: quæ, quod a ratione fiant, & per rationem solum existant, entia rationis vocantur, ut *Chimæra*, *Hippocentaurus*, &c.

Ens Rationis est, q° ab Intellectu fingitur.

ARTICULUS II.

De Individuo.

Porphyr. Isag. c. 3. Ἄτομόν ἐστιν, ὃ ἐφ' ἑνὸς μόνου τῶν κατὰ μέρος λέγεται.

Individu-

Obj. Individuum dicr. de Socrate et Platone, ergo dicr de pluribus. Sol. Intentionale (i.e. 2da Intentio) dicr. de pluribus, Reale vero, non.

Individuum est, quod dè uno solo particulari dicitur.

Id est, Individuum est terminus simplex, qui de sua naturâ non est aptus univocè prædicari, sed uni solum convenit: ut, *Johannes, Petrus, Bucephalus, hac arbor, hic color, &c.* Quamvis enim *Johannes,* dicatur de pluribus: ut *Johanne Baptista,* & *Johanne Evangelista*, & cæteris ejusdem nominis; non tamen dicitur de illis univoce, id est, in eadem significatione.

Q. 1. Quomodo demonstrari potest illum terminum, *Johannes,* non dici in eadem significatione de omnibus, qui hoc nomine appellantur? *R.* Ex dictis p. 1. cap. art. 9. quia illud nomen non imponitur illis pluribus ob eandem rationem in ipsis inventam; sed ob diversam; ut, Johanni Baptistæ impositum est nomen *Johannis*, quia Deo ita placuit, aliis forte ob memoriam parentum, aliis alia de causa. Quod si forte pluribus impositum sit idem nomen ob eandem rationem, *v g.* duobus filiis ob memoriam parentis; illa tamen ratio ipso nomine non exprimitur; unde audito illo nomine, *Johannes,* non formatur idem conceptus.

Individuum generatim sumptum apud dialecticos est duplex, determinatum & vagum.

Individuum determinatum est quod unum certum significat, & exprimitur quatuor modis;

Vel per:

1. *Nomen proprium alicujus rei:* ut Johannes Petrus, Eridanus, &c. dicitur *Individuum ſignatum* ſeu *determinatum* ex nomine.
2. *Nomen commune & pronomen demonſtrativum:* ut hic homo, ille canis, iſta planta. & dicitur *Individuum demonſtrativum.*
3. *Nomen commune, quod* κατ' ἐξοχὴν *ſumitur pro proprio:* Philoſophus pro Ariſtotele, Orator pro Cicerone.
4. *Periphraſin ſeu circumlocutionem:* ut Sophroniſci filius, id eſt, Socrates, & dicitur *Individuum periphraſticum.*

Duo hæc poſtrema vocantur *Individua ex Hypotheſi*; quia abſolute quidem ex vi ſignificationis ſuæ dici poſſunt de multis, factâ tamen certâ ſuppoſitione, de uno tantum poſſunt affirmari: ut Sophroniſci filius de Socrate, ſuppoſito Sophroniſcum unicum filium tantum habuiſſe, ſc: Socratem. Sic Orator κατ' ἐξοχὴν de Cicerone, ſuppoſito illum fuiſſe Oratorum eloquentiſſimum, vel de Oratorum eloquentiſſimo eſſe ſermonem.

2. *Individuum vagum eſt quod unum incertum & indeterminatum ſignificat, & exprimitur per nomen commune, & pronomen particulare:* ut aliquis homo, quidam equus.

Q. 2. An omnia iſta ſunt individua proprie dicta? R. Non eſſe, ſed ſola duo prima; nam, Individuum ex hypotheſi, abſolute loquendo, eſt commune, cum habeat communem ſignificationem, & tantum dicitur individuum ſecundum quid, quia poſito certo caſu uni ſoli convenit.

NB. Universalia fiunt per Intellec:
:tûs Operationẽ, cũ res considerat
nudatas Conditionibꝰ omnibus
Individuantibus.

Individuum etiam vagum abſolutè dicitur de multis: ut aliquis homo de Johanne & Petro; vocatur tamen individuum, quia ordinariè per illum terminum volumus unum aliquid deſignare.

CAPUT. II.

De universalibus quæ prædicantur in quid.

UNiverſale definitum eſt quintuplex: genus, ſpecies, differentia, proprium & accidens, quorum numerus ex modo prædicandi ſic colligitur.

Univerſale prædicatur de ſubjecto, ut illi

- Eſſentiale in
  - Quid ut
    - Totum potentiale & incompletum, quod eſt & pars actualis, materialis & contrahibilis, qualis eſt — *Genus.*
    - Totum actuale & completum & eſt, — *Species.*
  - Quale quid
    - Ut totum etiam actuale, quod eſt & Pars actualis, formalis & contrahens, eſtq, — *Differētia*
- Accidentale in Quale
  - Neceſſarium, ut quod fluit ab eſſentia, & cum ea reciprocatur ut — *Proprium.*
  - Contingens, ut aliquid eſſentiæ extrinſecum, quod cum ea non convertitur, ut — *Accidens.*

Ex his apparet, duo prædicari in quid, scilicet genus & species: .Tria in quale, nimirum differentia, proprium, & accidens.


De duobus primis agetur in hoc capite, de tribus reliquis in sequēti. Tradentur vero hoc capite quatuor. Primum linea prædicamentalis. Secundum definitio generis. Tertium definitio speciei. Quartum definitio generalissimi, specialissimi, & subalternorum.

ARTICULUS I.
De linea prædicamentali.

Q*Via commodè intelligi non possunt plures definitiones, quas ex Porphyrio deinceps proponemus; nisi rudis aliqua cognitio seriei prædicamentalis, quam ille explicare intendit, habeatur, propterea hoc loco subjectam tabulam proponendam duximus, ad quam tyrones mentem oculosque referant, dum aliquid infra dicetur, quod illius cognitionem postulet. Neque vero integrum prædicamentum proponimus, sed tantum aliquod ejus fragmentum, in quo à summo genere rectà descenditur usque ad certum individuum per terminos intermedios, sub quibus illud individuum collocatur, omissa aliorum terminorum, sub quibus non continetur, divisione, & idcirco seriem hanc non prædicamentum, sed lineam prædicamentalem appellamus.*

In




Arbor Porphyriana
Genus — — Substantia - Generalissimũ
divisiva
divisiva
Diff. Gener. Corporea
Incorporea Differentia
Genus subalt. Corpus Species subalt.
divisiva
divisiva
Diff. Gen. Animatum
Inanimatum Differentia
Genus subal. Vivens Species subalt.
divisiva
divisiva
Diff. Gen. Sensibile
Insensibile Differentia
Genus subalt. Animal Species subalt.
divisiva
divisiva
Diff. Specif. Rationale
Irrationale Differentia
Species infima. Homo Species Specialissima.
Johannes Socrates
Plato Petrus

In hac linea vides terminos ita eſſe diſpoſitos ut aſcendendo, id eſt, incipiendo ab individuo, quod eſt, *Johannes*, ſemper creſcat amplitudo ſignificationis illorum, eoque ſint univerſaliores, quo ab individuo ſunt remotiores, quia ſuperior ſemper eſt magis communis quam inferior; ut, *homo* quam *Johannes*; *animal*, quam *homo*, &c. E contra deſcendendo, id eſt, incipiendo à generaliſſimo, quod eſt, *ſubſtantia*, ſemper decreſcit amplitudo ſignificationis terminorum, eoque ſunt minus univerſales, quo magis accedunt ad individuum, & recedunt à generaliſſimo.

ARTICULUS II.

De Genere.

Porph. in Iſag c.2. Γένος ἐστὶ, τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει, ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενον.

Universale

Ariſt. l. 1. Top. c. 5. *Genus eſt, quod de pluribus ſpecie differentibus prædicatur in quid:* ut *animal* de homine & bruto; *vivens* de animali & planta; *& ſic de cæteris uſque ad ſubſtantiam, ut vides ſupra in lineâ prædicamentali.*

In hac definitione immediate poſt copulam ſubintelligendus eſt hic terminus, *univerſale*, ut ſic conſtruatur oratio; *genus eſt univerſale, quod*, &c. Idem intelligendum erit in definitionibus aliorum univerſalium. Itaque *genus* definiti in hac definitione eſt *univerſale*, nam iſte terminus, qui in definitione immediate ſequitur copulam, à dialecticis vocatur genus definiti, ut poſtea dicetur; per hanc ergo partem excluduntur omnes termini non univerſales.

Per

Per ſpecie differentia, intelliguntur ſpecies diſſerentes, id eſt, quæ ſunt diſſimilis naturæ ſeu eſſentiæ: qualia ſunt, *homo & brutum*, ſub animali; *animal & planta*, ſub vivente, &c. Per hanc partem excluditur ſpecies, ut, *homo*, quia *homo*, tantum prædicatur de Joanne, Petro, Paulo, & cæteris hominibus, qui non ſunt ſpecies differentes.

Quid ſit prædicari in quid, diximus *Tract. 1. cap2. art 3. Per hanc autem particulam rejiciuntur cætera univerſalia, ſcilicet differentia, proprium, & accidens.*

ARTICULUS III.
De Specie.

ADfert Poſphyrius duas acceptiones dialecticas hujus vocabuli *ſpecies*. Aliquando enim ſignificat ſpeciem ſubjicibilem: aliquando prædicabilem. priorem ita definit:

Porph. Iſag. c. 3. Εἶδός ἐστι τὸ ταττόμενον ὑπὸ τὸ γένος, καὶ οὗ τὸ γένος ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται.

Species eſt, quod ſubjicitur generi, & de quo genus prædicatur in quid; id eſt, Quod ſub genere collocatur directè & immediatè. Directè *i. e.* in lineâ rectâ prædicamentali: & immediatè, ſeu nullo alio imediante; nt *homo* ſub animali, *animal* ſub vivente, & ſic aſcendendo uſq; ad ipſam ſubſtantiam; ut in lineâ prædicamentali ſuprapoſitâ patet.

Q. 1. *Quare in ſenſu additur, Directè?*

R. *Ad excludendum differentias*; quæ collocantur ſub genere; ſed indirectè & collateraliter; ut rationale & irrationale ſub animali; quas Porphy-

x vel quæ habent diversas Differentias Constituentes.

Species est, quæ prædicatur imēdiatè de pluribus numero tantum differentibus in Quid.

rius his verbis exclusit, & de quâ genus prædicatur in quid: cum de differentiis proprie & formaliter, non omnino prædicetur.

Q. 2. Quare additur, Immediate?

R. *Ad excludendum individua*; quæ directè ponuntur sub genere; sed mediatè tantum, ut *Johannes* sub animali, mediante homine. Omnes itaque termini inter individuum & genus summum in linea recta interpositi, sunt species subjicibiles respectu eorum terminorum, sub quibus immediate ponuntur.

Posteriorem, id est, speciem prædicabilem, his verbis definit.

Porphyr. ibid. Εἶδός ἐστι τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενον.

Species est, quod de pluribus numero differentibus prædicatur in quid; id est, de differentibus numerò tantum & immediate: ut *Homo* de Johanne, Petro & reliquis hominibus: *equus* de hoc & illo equo, &c.

Q. 3. Quæ dicuntur differentia numero? R. quæ inter se sic distinguuntur, ut faciant numerum. Sic *Johannes & Petrus* different numero, quia, cum sint duo, faciunt aliquem numerum, binarium scilicet; item *homo & brutum, &c.*

Q. 4. Quæ dicuntur differentia numero tantum? R. Quæ differunt quidem numero, sed non specie: ut *Johannes & Petrus.* Talia non sunt homo & brutum, quia etiam specie differunt.

Q. 5. Quare dicitur in sensu, de differentibus numero tantum.

R. Ad

R. Ad excludendum genus comparatum ad ſpecies: ut *animal*, reſpectu hominis & bruti. Quia cum genus prædicetur de differentibus ſpecie, prædicatur etiam de differentibus numero; ſed non de differentibus numero tantum: ea enim, quæ ſpecie differunt, differunt etiam numero, ſed non tantum. (Genus etiam comparatum ad individua diverſarum ſpecierum hâc particulâ excluditur: ut *animal*, reſpectu Socratis & Bucephali; quia non tantum numero, ſed & ſpecie differunt.)

Q. 6. Quare additur, Immediatè? R. *Ad excludendum genus comparatum ad individua ejuſdem vel diverſæ ſpeciei*; ut *animal*, reſpectu Johannis & Petri, Socratis & Bucephali. Verum eſt enim, quòd Genus v.g. *animal*, prædicatur in quid de individuis; at non immediatè, ſed mediantibus ſpeciebus, quarum ſunt individua; ut de Johanne & Petro, mediante homine; de Bucephalo, & Cyllaro, mediante equo. Prius enim de Homine & Equo, tum de illorum individuis prædicatur. Itaque, ut excludatur genus, addenda eſt duplex illa particula. Solus ergo ille terminus in linea prædicamentali eſt ſpecies prædicabilis, qui ponitur immediate & proxime ſupra individuum: ut in ſuperiori linea ſolus terminus *homo*.

Species ſubjicibilis & prædicabilis generaliter ſumptæ, & jam definitæ, non repugnant inter ſe; ſed habent ſe ut excedentes & exceſſæ.

Unde fit triplex Species. Subjicibilis tantum, id eſt, *quæ reſpectu ſuperiorum eſt ſpecies, ſed reſpectu inferiorum eſt genus*; ut, *animal*, quod reſpectu

viventis

viventis & reliquorum superiorum est species; sed respectu inferiorum, hominis sc. & bruti, est genus.

2. Prædicabilis tantum, id est, *quæ respectu inferiorum est species, sed non respectu superiorum*; ut, *rationale*. Nam respectu hujus & illius rationalis, quæ sunt ejus inferiora, est species: non est autem species respectu superiorum, quia nulla habet. Et ratio est, quia, ut dialecticis placet, differentiæ non ponuntur directè sub aliquo genere.

3. Subjicibilis & prædicabilis simul, id est, *quæ tam respectu superiorum quam inferiorum est species*: ut, *homo*. Nam respectu animalis est species subjicibilis; respectu vero Joannis & Petri est prædicabilis.

ARTICULUS IV.

De generalissimo, specialissimo & subalternis.

Porph. Isag. c. 3. Γένος γενικώτατόν ἐστιν, ὑπὲρ ὃ οὐκ ἂν εἴη ἄλλο ἐπαναβεβηκὸς γένος.

Genus generalissimum seu summum est, quo non est aliud superius genus: Ut *substantia*. Nam in lineâ prædicamentali supra posita nihil est univoce generalius sive superius substantia.

Porph. *ib.* Genera generalissima sunt tantum decem, quia decem sunt prædicamenta; videlicet, substantia, quantitas, qualitas, relatio, actio, passio, ubi, quando, situs, habitus.

Porph. ibid. Εἶδος εἰδικώτατόν ἐστι, μεθ' ὃ οὐκ ἂν εἴη ἄλλο ὑποβεβηκὸς εἶδος.

Speci

Species ſpecialiſſima ſeu infima eſt, qua non eſt alia inferior ſpecies: ut homo.

Nam in linea prædicamentali ſupra poſita nulla ſpecies eſt inferior homine cum ſub illo ponauntur ſola individua, *Joannes Petrus*, &c. Itaque ſpecies ſpcialiſſima idem eſt quod ſpecies prædicabilis & ſubjicibilis ſimul.

Porph: Ib. Species ſpecialiſſimæ ſunt in certo numero non infinito; ſed nobis incognito.

Porph. ibid. Γένη καὶ εἴδη ὑπάλληλά ἐστιν, ἃ καὶ γένη καὶ εἴδη ἐστὶ τὰ αὐτὰ πρὸς ἄλλο μέντοι καὶ ἄλλο λαμβανόμενα.

Genera & ſpecies ſub alterna ſunt quæ eadem ſunt & genera & ſpecies, ad aliud tamen atque aliud relata;

*I*d eſt, genera ſubelterna ſive ſpeties ſubalternæ dicuntur, quæ ſimul habent rationem generis & ſpeciei; generis quidem reſpectu inferiorum, ſpeciei vero reſpectu ſuperiorum. *I*taque ſubalternum genus vel ſubalterna ſpecies idem eſt, quod ſpecies ſubjicibilis tantum: ut *animal.* Talia ſunt omnia, quæ in linea prædicamentali inter genus ſummum & ſpeciem infimam collocantur.

Ex his perſpectum evadit, quibus terminis conſtet ſeries prædicamentalis, ſcilicet genere generaliſſimo ſeu ſummo & ſubalternis, ſpeciebus ſpecialiſſimis & individuis.

CAPUT

Canones Generis et Speciei.

1.° Genus omne est latius qualibet sui Specie; h.e. quoad ambitum seu potentiam Prædicativam Generis. ~

2.° Genus habet rationem partis et incom:pleti, Species totius et Completi: Genus Materiæ, Differentia Formæ, Species Compositi. ~

3.° Genus licet sit pars Actualis, est totum Potentiale. ~ ~ ~

4.° Genus et Species prædicantur æqualiter de Inferioribus. ~ ~

5.° Tota Natura Generis continetur in qualibet sui Specie: h.e. Tota Natura Generis Realis, non Inten:tionalis. Et Genus non requirit plures Species Actuales ad sui Conservationem, sed Possibiles. ~

CAPUT III.

De universalibus quæ prædicantur in quale.

Explicantur in hoc capite reliqua tria universalia, scilicet, differentia, proprium & accidens.

ARTICULUS I.
De Differentia.

Porph. Isag. c. 4. Διαφορά ἐστι, τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει ἐν τῷ ὁποῖόν τι ἐστι κατηγορούμενον.

Differentia est, quod de pluribus specie (vel numero) differentibus prædicatur in quale quid: ut *sensitivum* de homine & bruto; *rationale*. de Johanne, Petro, cæterisque hominibus. Rejiciuntur ergo ab hac definitione proprium & accidens, quia non prædicantur in quale quid, id est, essentialiter; sed tantum in quale, id est, accidentaliter. Vide dicta tr. 1. c. 2. ar. 3.

Q. 1. *Cur definitioni Porphyrianæ additur (vel numero?)*.

R. *Ut definitio conveniret, non solum differentiis genericis, sed & specificis* (de quibus postea) *quæ prædicantur de solo numero differentibus*; quas Porphyrius non definivit; vel quia non tam notæ sunt, ac genericæ; vel certè, quia differentias specificas, seu ultimas, simplices nullas agnovit, sed tantum complexas; ut *rationale mortale* respectu hominis; *rationale immortale* respectu Angeli &c. & complexa ex mente Porphyrii ad prædicabilia non pertinent.

Diffe-

Differentia dividitur in Divisivam & Constitutivam.

Porph. Isag. c. 4. Διαφοραὶ διαιρετικαί εἰσι, καθ' ἃς τὰ γένη εἰς τὰ εἴδη διαιροῦμεν.

Differentiæ *divisivæ sunt, quibus genera in suas species dividimus*: ut *materialis* & *immaterialis* respectu substantiæ; per quas dividitur in corpus & spiritum. *animatum* & *inanimatum*, respectu corporis, quibus dividitur in vivens & non vivens; & ceteræ in lineâ prædicamentali propositæ, respectu Generum, quibus indirectè seu collateraliter supponuntur.

Porph. ibid. Διαφοραὶ συστατικαὶ εἰσι καθ' ἃς τὰ διαιρεθέντα εἰδοποιεῖται.

Differentiæ *constitutivæ sunt, quibus divisa specificantur*; id est *Quæ constituunt species*: ut *materialis* respectu corporis, &, illi opposita *immaterialis* respectu spiritus; *animatum* respectu viventis, & ex opposito *inanimatum* respectu corporis non viventis; & reliquæ supra in linea Prædicamentali respectu illarum specierum, quibus indirectè seu collateraliter superponuntur.

Q. 2. An eadem differentia possit esse divisiva & constitutiva? R. Omninò; non quidem respectu ejusdem, sed diversorum. Imo, *Omnis differentia divisiva est constitutiva*, & è contra; divisiva quidem generis, & constitutiva speciei sub illo contentæ; ut ex linea prædicamentali patet. Unde, dividere genus & constituere speciem solùm sunt duo diversa munera ejusdem differentiæ.

Diffe-

ca
ſub
co
qu
lio
fer
am
ꝺu
I
tuit
R.
tuit
Eſt
tuti
viſiv
ut m
am v
divid
ſtanti
ſpeci
poſit
1.
va ge
ut m
diviſi
2.
ſtituti

Differentia constitutiva subdividitur in genericam & specificam.

Differentia Generica est, quæ constituit speciem subalternam: ut, *sensitivum*, *animatum*, *materiale*; constituunt enim *animal*, *vivens*, *corpus*.

Q. 3. Quare vocatur generica? R. *Quia id, quod per hanc differentiam constituitur, est genus*; alio tamen respectu. nam prout constituitur per differentiam respicit superiora (unde differentiam suam mutuatur) & sic est species: idem verò respectu inferiorum genus est.

Differentia Specifica est, quæ proximè constituit speciem specialissimam: ut, *rationale*.

Q. 4. Quare additur particula, PROXIME? R. Ut excludatur differentia generica, quæ constituit quidem speciem specialissimam, sed remotè. *Est enim regula generalis, quod* Differentia constitutiva superioris, est constitutiva inferioris; & Divisiva inferioris, est divisiva superioris, sed remotè; ut *materiale*, quod constituit corpus, constituit etiam vivens, animal, hominem, &c. *rationale*, quod dividit animal, dividit etiam vivens, corpus, substantiam. Hinc appareat quot modis genera & species subalternatim, (id est, in eadem linea rectâ) posita, possint habere easdem differentias.

1. De genere generalissimo. Differentia divisiva generis generalissimi est constitutiva inferiorum; ut *materialis*: & divisiva inferiorum est etiam divisiva generis generalissimi; ut *rationale*.

2. De specie specialissimâ. Differentia constitutiva speciei specialissimæ est divisiva superiorum

rum; ut *rationale*: & constitutiva superiorum est etiam constitutiva speciei specialissimæ; ut *materialis*.

3. De genere & specie subalternis Differentia tam divisiva quam constitutiva superiorum, est constitutiva inferiorum: ut *materialis*, quæ est constitutiva corporis, & animatum, ejus divisiva, sunt constitutivæ viventis, animalis, &c. Et e contra; Differentia, tam constitutiva quam divisiva inferiorum, est divisiva superiorum: ut *sensitivum*, differentia constitutiva animalis, & *rationale*, divisiva, sunt etiam divisivæ respectu viventis, & omnium superiorum.

Nota differentiam specificam aliquando late sumi ut etiam comprehendat genericam; quia saltem constituit speciem subalternam, ut dictum est.

ANNOTATIO.

Di*fferentia hic explicata est differentia* Logica, *quæ Propriissima vocari solet.* De D*ifferentia communi, quæ est accidens separabile, & propria, quæ est accidens inseparabile, nihil dictum est; tum quia non sunt ad institutum necessariæ, tum quia de accidente ante tempus id agendum fuisset.*

ARTICULUS II.
De proprio.

L*Icet in explicandis prioribus Universalibus consulto varias nominum acceptiones, a* Dialectico *alienas omiserimus, quarum mentionem facit* Porphy-

rius

rius;
prop
terin
mini
Porph
Isag.
Q
id ei
ticus
Gra
Prot
Porph
Ibid.
Q
bipe.
pec
Porph
Q
cane
hom
sene
Pro
Porph
Ibid.
In
cide
pec
Q
R.
tion
ent
ut *ra*

rius; hic tamen aliquot Proprii acceptiones, quas idem proponit, propter frequentem usum non possumus prætermittere. Sunt *igitur* quatuor acceptiones hujus nominis.

Proprium primo modo est,

Porph. Isag. c. 5. ὃ μόνῳ τινὶ εἴδει συμβέβηκεν, εἰ καὶ μὴ παντί.

Quod soli alicui speciei accidit, etsi non omni; id est, non omnibus ejus individuis: *ut Grammaticus*, respectu hominis; solus enim homo est Grammaticus, sed non omnis.

Proprium secundo modo est,

Porph. Ibid. ὃ παντὶ συμβέβηκε τῷ εἴδει, εἰ καὶ μὴ μόνῳ.

Quod omni accidit speciei, etsi non soli: ut, *bipes*, id est, aptum ad habendos duos pedes, respectu hominis. Proprium tertio modo est,

Porph. Ibid. ὃ μόνῳ καὶ παντὶ καὶ ποτέ.

Quod soli & omni & aliquando accidit: Ut, *canescere*, respectu hominis; solus enim & omnis homo canescit, non tamen semper, sed tantum in senectute, si ad illam homo perveniat.

Proprium quarto modo est,

Porph. Ibid. Ἐφ' ᾧ συνδεδράμηκε, καὶ τὸ μόνῳ, καὶ παντὶ, καὶ ἀεί.

In quo concurrunt, & soli & omni & semper accidere. ut *risibile*, respectu hominis, *hinnibile*, respectu equi.

Q. 1. Quid in illis definitionibus est accidere?

R. Est convenire non essentialiter. Et sic á definitione Proprii quarto modo rejicitur quælibet differentia respectu speciei, quam proxime constituit: ut *rationale*, respectu hominis. *Item* à definitione

E proprii

proprii secundo modo excluditur differentia generica, respectu speciei, quam remotè constituit; ut, *sensitivum*, respectu hominis.

Q. 2. Quæ ex allatis proprii acceptionibus est potissima? R. Quarta. Illud enim maxime proprium vocamus, quod convertitur cum eo, cui dicitur proprium; quale solum est proprium quarto modo. Quod ab Aristotele sic definitur.

Arist. Top. l. 1. c. 4. Ἴδιον ἐστὶν, ὃ μὴ δηλοῖ μὲν τὸ τί ἦν εἶναι, μόνῳ δὲ ὑπάρχει, καὶ ἀντικατηγορεῖται τοῦ πράγματος.

Proprium est, quod non declarat quid res sit, soli autem in est, & conversim de eâ prædicatur.

Hoc Proprium, quod cum specie suâ reciprocetur, est inseparabile ab illâ & incommunicabile alteri.

Q. 3. An definitio proprii quarto modo sit adæquata definitio proprii, prout est quartum universale. R. Non est. Quædam enim in eâ non continentur, quæ tamen sub quarto universali contineri constat; ut statim patebit. Sic ergo potius definiendum est proprium prout est quartum universale.

Proprium est quod de multis specie vel numero differentibus in quale accidentale necessariò prædicatur: ut, *risibile*; dicitur enim accidentaliter non essentialiter, sed tamen necessario, de Joanne, Petro, cæterisque hominibus. Item *bipes*, id est, aptum ad habendos duos pedes respectu eorundem.

Q. 4. Quænam in hac definitione continentur? R. Non solùm propria quarto modo, sed etiam quædam secundo: ut, *bipes*, respectu hominis, & similia per aptitudinem exposita. Hujusmodi enim

aptitudines

1 Proprium non est Prædicabile respectu Speciei, sed respectu inferiorum quæ continentur sub Specie, cujus est Proprium.

2 Propriũ est Accidens respectu Speciei, quia est extra ejus essen:tiã: sed est accidens Propriũ non Commune. Prædicamentale q° Substantiæ contradistinguitur, non Prædicabile q° apponitur Proprio.

3 Propiũ fluit ab Essentiâ Speciei, ideò dicr. ad Essentiã rei pertinere, non ut constituens Essentiam, ut Consequens; sive est de Essentiâ Consecutivè, non Constitutivè.

apti
non
ner
dic
& d
ciei
ren
sen
ind

Por
Isag

A
con
illi
pa

nu
fal
en
ab

on
po

aptitudines, etsi rebus, cum quibus comparantur non solis conveniant, tamen conveniunt necessario.

Proprium dividitur in genericum & specificum.

Proprium Genericum est quod ab essentia generis profluens de multis specie differentibus prædicatur: ut *mobile*, quod fluit ab essentia corporis, & de vivente & non vivente prædicatur.

Proprium specificum est, quod ab essentia speciei infimæ profluens de multis solo numero differentibus prædicatur: ut *risibile*, quod fluit ab essentia hominis & de Johanne, Petro & cæteris ejus individuis solum prædicatur.

ARTICULUS. III.

De Accidente.

Porph. Isag. c. 6. Συμβεβηκός ἐστιν, ὃ γίνεται καὶ ἀπογίνεται χωρὶς τῆς τοῦ ὑποκειμένου φθορᾶς.

ACCIDENS est quod adest & abest sine subjecti corruptione; Id est, quod potest convenire & non convenire alicui subjecto, sine illius subjecti destructione: ut, *album*, respectu parietis.

Q. 1. Quare verba illa, Adest & abest, exponuntur per potentiam, non per actum? R. Quia falsum est, quod accidens actu adsit & absit; hæc enim repugnantia sunt; sed aptum est, ut adsit & absit.

Q. 2. Quare additur, Sine subjecti corruptione? R. Ad excludenda cætera universalia; quæ possunt quidem abesse à subjectis suis, sed cum

illorum interitu: ut, si animal absit ab homine, non remanebit homo.

Accidentium aliud separabile, aliud inseparabile.

Accidens Separabile est quod reipsa & facile à subjecto abesse potest, sine ipsius corruptione: ut, *album*, respectu parietis; *dormire*, respectu hominis.

Accidens inseparabile est quod reipsa nullo modo, vel ægre admodum, abesse potest à subjecto, sine ipsius corruptione: ut, *calidum*, respectu ignis; *nigrum*, corvi; *album*, cygni, &c.

Q. 3. Quomodo datur accidens inseparabile, cum omne accidens (*juxta definitionem*) possit abesse sine subjecti corruptione? R. Omne accidens potest abesse saltem mente; sed datur aliquod accidens, quod non potest abesse reipsa, & illud dicitur inseparabile: ut, *calidum*, respectu ignis.

Q. 4. Quid est posse abesse mente sive cogitatione? R. Est posse negari de subjecto, non destructa in mente subjecti essentia: v. g. etiamsi neges apud te, corvum esse nigrum, non tamen in tua mente destrues corvi essentiam.

Q. 5. Quare proprium non potest negari de subjecto, salva in mente subjecti essentia, cum non sit de essentia subjecti? R. Quia proprium profluit ab essentia, eamque necessariò consequitur. Unde illo sublato consequenter destruitur essentia; juxta illud:

Qui tollit proprietates, tollit essentiam.

Tandem accidens ut prædicabile, non incommodè sic definiri potest.

Accidens est quod de multis specie vel numero differen-

Separatio est 2^{x}.

1 Realis, cum quid actu et à parte Rei separatur.

2 Mentalis, cum per Intellectum solum. Haec etiam est 2^{x}.

1 Praecisiva, per quam Intellectus rem unā considerat, non conside:rata aliâ.

2 Negativa, quando Intellectus rem unam separat ab aliâ, atq; etiam negat de illâ re. Hoc modo solū Propriū a Subiecto suo separatur. Hoc Accidens Comune.

Canones Accidentis et Proprii.

1°. Propriũ reciprocatur cum eo cujus est Proprium.

2°. Prop. non est Cōmunicabile aut separabile.

3° Omne Accidens est in aliquo subjecto, eiq; semper inhæret, quamdiu existet.

4°. Separatio Accid.ntis est ejus Interitus.

5°. Idem numero Accidens ab uno subjecto in aliud non migrat.

6°. Accidens resp.u Inferiorũ potest esse vel Genus vel Species, et sic potest spectare ad aliud Prædicamentũ; resp.u subjecti est Accidens, et constituit 5m Prædicabile.

7 Idem numero Accidens non potest ēē in diversis subjectis sive simul, sive successivè.

differentibus in quale accidentale contingenter prædicatur: ut *album*; dicitur enim contingenter, id est, non necessariò de homine, pariete, lapide, &c. nam possunt esse nigra.

Accidens etiam dividitur in genericum & specificum.

Accidens genericum est quod generi conveniens de multis specie differentibus prædicatur: ut *calor* & *motus*, respectu animalis, quæ de homine & bruto prædicantur.

Accidens specificum est quod speciei infimæ conveniens de multis solo numero differentibus prædicatur: ut *actus videndi, loquendi* &c respectu hominis, qui de Johanne, Petro & cæteris ejus individuis solùm prædicatur.

PARTIS PRIMÆ
TRACTATUS TERTIUS.

De Categoriis seu Prædicamentis.

Liber Categoriarum Aristotelis in tres partes dividi solet: Antepredicamenta, Predicamenta, Postpredicamenta. Verùm, quia de iis, quæ ex Antepredicamentis ad institutum nostrum necessaria sunt, partim supra dictum est, partim infra ex occasione dicendum erit; aliquanto aliter hunc tractatum, in quatuor scilicet capita, dividemus. In primo agetur de Predicamentis in communi. In secundo de singulis predicamentis in particulari. In tertio de postpredicamentis. In quarto de proprietatibus predicamento-

rum; quas in postremum locum rejicimus, quia illarum intelligentia à postprædicamentorum explicatione dependet.

CAPUT I.

De Prædicamentis in communi.

IN *hoc capite tria explicabuntur. Primum, quid & quotuplex sit categoria sive prædicamentum. Secundum, quot modis aliquis terminus ponatur in prædicamento. Tertium, quæ conditiones requirantur, ut aliquis terminus directe ponatur in prædicamento.*

ARTICULUS I.

Quid sit categoria sive prædicamentum, & quotuplex.

CATEGORIA (sive PRÆDICAMENTUM) est series seu ordo terminorum magis & minus communium, in quo sub uno summo genere multa genera, species & individua continentur.

Vide supra lineam prædicamentalem, quæ pars est prædicamenti substantiæ, & infra integrum prædicamentum substantiæ, cap. 2. ar. 1.

Q1. Quare talis series vocatur Categoria sive Prædicamentũ? R. Quia termini, qui in tali serie collocantur, sunt materia prædicationis sive enunciationis: nã superiores apti sunt prædicari seu affirmari de inferioribus prædicatione ordinata, essentiali, quiddi-

Cat. est Generū, Specierū, & Indivi-
:duorum in Lineâ rectâ, & Differen-
:tiarum in Linea Collaterali
Series ordinata.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

quidditativa. Ita fit, ut prædicamentum nihil aliud sit, quam prædicatorum & subjectorum series.

Q. 2. Quo fine traduntur hæc prædicamenta? R. Ut in promptu sint termini ad faciendas prædicationes sive enunciationes, & ex iis syllogismos qui est ultimus scopus dialecticæ.

Decem sunt prædicamenta, quæ iisdem verbis exprimuntur, quibus superius genera generalissima expressimus; videlicet, *Substantia, Quantitas, Qualitas, Relatio, Actio, Passio, Ubi, Quando, Situs, Habitus.*

ARTICULUS II.

Quot modis aliquid ponatur in prædicamento.

TRibus modis terminus ponitur in prædicamento; directe, indirecte, reductive.

Directe ponitur summum genus cum iis, de quibus prædicatur in quid; nimirum *subalternis, speciebus specialissimis*, & *individuis*: his enim solis conveniunt conditiones requisitæ, ut terminus directe ponatur in prædicamento; ut patebit articulo sequenti.

Indirecte ponuntur differentiæ: nam hæ ad latus generum tantummodo constituuntur ad divisionem faciendam.

Reductive ponuntur, quæ aliquem respectum habent ad ea, quæ directe collocantur: verbi gratia, Partes substantiæ reductive ponuntur in prædicamento substantiæ: ut *caput, manus, pes*, &c. Sic & Terminus denominativus in prædicamento Formæ denominantis; ut *album* in prædicamento

dica mento *albedinis*, quia denominatio inde ſumitur, & quia forma denominans ſemper eſt ejuſdem prædicamenti, cùm ſubjectum denominatum aliquando ſit unius, aliquando alterius. Eodem modo & Compoſita per accidens (de quibus art. ſeq.) reducuntur ad prædicamenta ſuorum ſimplicium, &c.

ARTICULUS III.

Quæ conditiones requirantur, ut terminus ponatur directè in prædicamento.

QUinque conditiones requiri ſolent, ut aliquis terminus directè ponatur in prædicamento; ſcilicet, ut ſit ſimplex, ut ſignificet ens reale, unum, completum, finitum.

Quid ſit terminus ſimplex, dictum eſt t. 1 c. 2. ar. 4. Hinc rejiciuntur à prædicamentis orationes & voces complexæ quoad ſignificationem: ut *termini æquivoci*, &c.

Quid ſit ens reale, explicatum eſt circa definitionem univerſalis, ſupra tract. 2. c. 1. art. 1. q. 2. Rejiciuntur ergo per hanc partem termini ſignificantes Entia rationis.

Ens unum dicitur, quod eſt unius naturæ. Eſt autem Ens ſeu res unius naturæ, quæ non componitur ex rebus ad diverſa prædicamenta pertinentibus: ut, *Angelus*, qui cùm ex nullis rebus componatur, utpote partibus carens, non poteſt componi ex rebus diverſorum prædicamentorum. Item *homo*, qui componitur quidem ex pluribus rebus, ſed ejuſdem prædicamenti, nempe ex corpore &

Est aggregatum est cum ordine, ut Mundus; vel sine ordine, ut Acervus lapidum.

Differunt Substantiæ Incompletæ et Imperfectæ. Ilæ sunt quibus aliquid deest debitæ perfectionis. Incompletæ, quæ licet concurrunt ad alterius perfectionem, in se tamen sunt perfectæ.

& anima, quorum utrumque pertinet ad prædicamentum ſubſtantiæ; de quo poſtea.

Enti unius naturæ opponitur *Aggregatum per accidens*, & Eſt illud, quod componitur ex rebus ad diverſa prædicamenta pertinentibus: v.g. ex ſubſtantia & accidente. Talia ſunt omnia Arteſacta, quæ componuntur ex ſubſtantia & figura, quæ eſt accidens: ut *ſedes*; componitur enim ex ligno, quod eſt ſubſtantia, & figura artificiali, quæ eſt accidens: non enim eſſe vel concipi poteſt ſedes ſine figura.

Per prædictam ergo conditionem omnes termini ſignificantes Compoſita ſeu Aggregata per accidens: ut Arteſacta, *ſedes*, *veſtis*, &c. a cancellis prædicamentorum excluduntur.

Ens completum dicitur, quod non concurrit tanquam pars ad compoſitionem rei unius naturæ: ut *homo*, *brutum*, &c. E contrario, *Ens incompletum* dicitur, quod concurrit tanquam pars ad compoſitionem rei unius naturæ: ut, *anima*, *corpus*, *caput*, *pes*, &c. concurrunt enim ad compoſitionem hominis, qui eſt res unius naturæ. Itaque per hanc conditionem excluduntur à prædicamentis termini, qui ſignificant Partes eſſentiales phyſicas, id eſt, materiam & formam; quales ſunt in homine anima & corpus. Item qui ſignificant Partes integrantes: ut, *caput*, *manus*, *pes*, &c. Excludi etiam ſolet per hanc partem differentia, quia eſt Pars eſſentialis Logica. Conſuevit enim aſſignari duplex pars eſſentialis Logica, ſcilicet Genus & Differentia; quia ſimul juncta faciunt ſpeciem: ut, *animal* & *rationale* faciunt hominem.

Q. Cur

Q. Cur ergo genus non rejicitur etiam â prædimentis? R. Quia licet genus (*propter dictam rationem*) videatur esse tam incompletum, quam differentia; tamen significat per modum completi; quia est quid absolutum, & prædicatur in quid; differentia vero est quid connotativum, & prædicatur in quale quid.

Ens finitum dicitur, quod est finitæ perfectionis; ut omnes creaturæ. *Ens infinitum* quod est infinitæ perfectionis: ut solus Deus Optimus Maximus, qui idcirco in nullo prædicamento concluditur, cum omnia transcendat.

CAPUT II.

De singulis Prædicamentis in particulari.

IN singulis Prædicamentis tria tradentur. Primum definitio generis generalissimi, quod in unoquoque unum est. Secundum, divisio in potissima membra. Tertium, series vel saltem linea prædicamentalis. Visum est autem prædicamento substantiæ integram seriem proponere, ut in ea forma prædicamentalis observetur: In reliquis vero lineam tantum prædicamentalem oculis subjicere, quia hoc sufficit, ut tyrones sibi congruentem terminorum varietatem habeant, & in singulis prædicamentis genera & species assignare possint. Aliunde vero tanta multitudo divisionum ac subdivisionum, quæ in prædicamentis integris proponitur, & rudes potius confundit quam juvat, peti debet.

ARTI-

Substantia est Completa vel Incom:
:pleta. Completa quae non ordina:
:tur ad alterius Perfectionem:
Incompleta, quae ordinatur sic.

* Vel Ens in alio inhaerens.

Not. Omne Accidens stricte loquen:
:do non inhaereat, sed satis est si
dependeat à Subto, et non per se
existat.

ARTICULUS I.

De Substantia.

& Substant. Accidentibus.

SUbstantia est ens per se existens: ut, *homo*, *lapis*, &c.

Illud dicitur per se existere, quod ad sui existentiam non requirit subjectum inhæsionis.

Substantiæ opponitur accidens, quod sic definitur

Accidens est ens in alio existens; *id est, quod ad sui existentiam requirit subjectum inhæsionis*: ut, *albedo*, *nigredo*, *lumen*, &c. Albedo enim non potest existere, nisi vel in nive, vel in lacte, vel in charta, vel in aliquo alio subjecto, idem est judicium de cæteris accidentibus. At substantia non requirit ullum subjectum, in quo sit; imo accidentia omnia sunt in substantia, tanquam in subjecto, & idcirco vocatur substantia; quia scilicet ipsa omnibus cæteris rebus, nempe accidentibus, substat velut eorum basis ac fundamentum.

Quid vero sit esse in subjecto inhæsionis, definit Aristoteles his verbis:

Arist. Categ. cap. 2. Ἐν ὑποκειμένῳ μὲν ἐστιν, ὃ ἐν τινι μὴ ὡς μέρος ὑπάρχον, ἀδύνατον χωρὶς εἶναι τοῦ ἐν ᾧ ἐστι.

In subiecto est illud, quod, cum in aliquo sit non ut pars, non potest esse sine eo, in quo est: Ut *albedo* est in corpore tanquam in subjecto; quia cum non sit pars corporis, non potest esse sine corpore. Non ita substantia existit in aliquo; v.g. vinum in vase, quia vinum potest esse sine vase.

Dividitur substantia in primam & secundam.

Prima Substantia est substantia singularis: ut, *Johannes*, *Petrus*.

Substantia


Substantia Secunda est substantia universalis: ut, *homo, animal.*

Q. 2. Cur substantia singularis vocatur prima, & universalis secunda? R. Substantia singularis vocatur prima substantia, quia substat omnibus aliis tanquam primum & imum fundamentum. Non solum enim omnia accidentia recipiuntur in illa, ut in subjecto inhæsionis: sed etiam omnes substantiæ illi insunt essentialiter, ut primo subjecto essentiali; & de ea prædicantur, ut de primo subjecto prædicationis. Itaque subest & substat omnibus aliis, tam accidentibus, quam substantiis universalibus, tanquam primum omnium subjectum, quamvis diversa ratione. Cùm ergo substantia dicatur à substando, meritò substantia singularis dicitur prima substantia & ὑπόστασις. Substantia autem universalis, cùm non substet omnibus aliis (nec enim substantiis nec accidentibus singularibus substat) non est primum reliquorum fundamentum & subjectum, sed velut secundarium; & ideo rectè dicitur substantia secunda,

PRÆ-

Itaq; non dic.r prima ratione subsistendi, sed substandi; quia prius substat Accidentibus, non quod prius per se subsistat.

PRÆDICAMENTUM SUBSTANTIÆ.



ARTICULUS II.
De Quantitate.

QUantitas est, secundum quam aliquid dicitur quantum, vel aliqua dicuntur aliquot: ut, *linea bipedalis*, *ternarius*.

Dici quantum est denominari in concreto, quo apte respondetur quæstioni factæ per quantum; ut, aliquid dicitur bipedale à linea bepedali. Si enim quæratur, quantum illud sit? apte respondetur, esse bipedale.

Dici aliquot est denominari in concreto, quo apte respondetur quæstioni factæ per quot: ut, à ternario aliqua dicuntur tria. Si enim quæratur, quot sint? apte respondetur esse tria. Itaque priori membro continetur quantitas continua; posteriori discreta: de quibus jam dicetur.

Dividitur quantitas in continuam & discretam.

Quantitas Continua est, cujus partes aliquo termino communi copulantur: ut, *linea*, Ejus enim partes copulantur termino communi, scilicet puncto.

Q. 1. Quid & quotuplex est terminus in quantitate continua? R. Terminus est aliquid indivisibile in quantitate existens: ut, *punctum* in linea; *momentum* in tempore, &c.

Terminus ille est triplex; Inchoans, finiens, communis.

1. Terminus inchoans est, à quo quantitas ducit initium: ut, *primum momentum horæ*.

2. Terminus finiens est, in quod quantitas desinit: ut, *ultimum momentum horæ*.

3. Terminus

Quantitas est 2^{x}. 1.° Molis quæ con:
:stituit hoc Prædicamentũ: 2.° Vir:
:tutis, quæ coincidit cũ Qualitate.
Not. Essentia Quantitatis consistit
in Extensione, quæ est positio partiũ
extra partes. Extensionem sequuntur
Divisibilitas, et Mensura, et Impene:
:trabilitas, tanquã Proprietates ab
Extentione oriundæ.

Terminus non est Quantitas, nec
pars Quantitatis; sed solũ reddit
partes Continuas non magnas.

5. Terminus communis est, quo partes quantitatis conjunguntur: ut, *medium momentum horæ*, vel *punctum lineæ*. Vocatur communis, quia est duarum partium terminus; finis quidem unius, & initium alterius.

Quantitas continua dividitur in permanentem sive Magnitudinem & successivam sive Tempus.

Quantitas Permanens sive Magnitudo est, cui non repugnat habere omnes partes simul existentes: ut, *linea*. Ejus enim omnes partes possunt simul, id est, eodem tempore, existere; unde Positionem inter se habere dicuntur.

Quantitas permanens sive Magnitudo est triplex; Linea, Superficies & Corpus.

Linea est Magnitudo longa, non lata aut profunda; cujus partes Puncto copulantur: ut, *ulna*, *stadium*, *milliare*.

Superficies est magnitudo longa & lata, non profunda; cujus partes Linea copulantur: ut, *jugerum*.

Corpus est magnitudo longa, lata & profunda; cujus partes Superficie copulantur: ut, *cubus*, *Sphæra*.

Q. 2. Quomodo in definitione superficiei ponitur Linea tanquam terminus ejus, & in definitione corporis Superficies: cum antea dictum sit terminum esse quid indivisibile, Linea vero & Superficies sint divisibiles; illa quidem secundum longitudinem, hæc etiam secundum latitudinem? R. Terminum debere esse quid indivisibile, prout est Terminus, sive alio sensu sit divisibilis, sive non. proinde terminus vel est absolutè indivisibilis, ut punctum in linea, momentum seu

seu instans in tempore; vel saltem propria divisione illius quantitatis, cujus est terminus; & sic linea, quæ est terminus superficiei, est indivisibilis secundùm latitudinem, secundùm quam est ejus terminus: & superficies, quæ est terminus corporis, est indivisibilis secundùm profunditatem, secundùm quam etiam Corporis terminus est.

Q. 3. Quomodo Corpus numeratur inter species quantitatis; cum antea positum sit in prædicamento substantiæ, & alibi dictum sit, illud non poni directè in prædicamento? R. Corpus habere triplicem significationem. 1. Significat alteram Partem compositi naturalis, scilicet Materiam; quomodo dicimus hominem esse compositum ex corpore & anima. Et in hac significatione non ponitur directè in ullo prædicamento. 2. Significat integrum Compositum naturale; quomodo dicimus hominem esse Corpus, id est, substantiam corpoream. In hoc sensu ponitur in prædicamento Substantiæ. 3. Significat Quantitatem habentem tres dimensiones, quam possumus vocare Corpulentiam vel crassitiem. Et ita accipitur hoc loco.

Quantitas Successiva sive χρόνος Tempus est, cui repugnat habere omnes partes simul existentes: ut, *hora, dies, annus.* Ejus communis terminus est Instans seu τὸ νῦν.

Τὸ ποσὸν διωρισμένον, sive Quantitas Discreta est, cujus partes nullo termino communi copulantur: ut, *binarius, ternarius*, & cæteri numeri.

Quantitas discreta dividitur in Numerum & Orationem.

Ἀριθμὸς, sive Numerus est quantitas discreta permanens, ut *ternarius*. Oratio

Not. Quod Aristot. recenset Locū, Tempus, et Orationem inter Species Quantitatis, non ex suâ sed ex Ve:terū sententiâ. Et numerus sicū rigore loquamur, non est propriè Quantitas: ut fusius demonstravit Wallisius in suâ Arithm. Numerus vulgò solet dici Multitudo ex unitatibus conflata: sed melius possit definiri, id q. respondet Quaestioni factae per Quot: Et sic Unitas est Numerus simplex non Complexus. ut praestantiores asserunt Mathematici. vid. ib.

Ab
fiva

Th
quar
sente
aliud
Inter
quan
Li

Com

Perr

Lin

Hæ

Arif
cate

Λόγος sive Oratio est quantitas discreta successiva: ut hæ voces prolatæ, *Joannes ambulat.*

ANNOTATIO.

Tribus speciebus magnitudinis addidit Aristoteles quartam, nempe locum; sed ex vulgi potiùs, quàm sua sententia: Nam in physicis declarat locum non esse aliud, quàm superficiem. Idem censent communiter Interpretes de oratione, quæ potiùs qualitas est, quàm quantitas.

Linea Prædicamenti QUANTITATIS.

Quantitas

Continua — Discreta

Continua

Permanens — Successiva

Permanens

Linea — Superficies, corpus

Linea

Hæc linea — Ista linea, &c.

Hæc linea.

ARTICULUS III.

De *qualitate.*

Ποιότης ἐστὶ, καθ' ἣν ποιοί τινες εἶναι λέγονται.

Arist. in categ. c. 8.

QUalitas est, à qua quales quidam dicuntur: Ut, *albedo*, a qua homo dicitur

dicitur *albus*; *Justitia*, à qua dicitur *justus*, &c.

Genus definiti est Forma accidentalis. Hinc excluduntur Formæ substantiales; ut, *anima*: & Differentiæ substantiarum; ut, *rationale*.

Dici quale est demoninari in concreto, quo aptè respondetur quæstioni factæ per quale tantùm: ut paries dicitur *qualis* ab albedine; quia si quæratur, qualis sit paries, rectè respondebitur esse *albus*.

Q. 1. Quare additur in allata explicatione particula exclusiva, tantùm? R. Ut excludantur cæteræ formæ accidentales; quæ cùm prædicentur in quale, denominant etiam sua subjecta in concreto, per quod aptè respondetur quæstioni factæ per quale; sed non tantùm: ut, à linea trium cubitorum dicitur lignum *tricubitum*. Per quod concretum, non tantùm responderi potest ad quæstionem factam per quale; sed etiam (& quidem magis propriè) ad quæstionem factam per quantum: Si enim quæratur, quantum sit lignum, optimè respondebitur, esse *tricubitum*.

Dividitur qualitas in quatuor species; quæ omnes duplici voce sub disjunctione exprimuntur. Prima dicitur Habitus vel Dispositio. Secunda, Naturalis potentia vel Impotentia. Tertia, Patibilis qualitas vel Passio. Quarta, Figura vel Forma.

Habitus vel Dispositio est qualitas adventitia, qua subjectum redditur promptum ad operandum, difficulter vel facile mobilis: ut, *habitus*

Habitus est vel infusus, qui coelitus
inspiratur, ut Fides, Spes &c vel Ac-
quisitus, qui pluribus Actionibus
acquiritur, ut Artes vel Scientia.
Hab. Acquis. est 2x. Corporis vel Animi:
Hab. Animi est vel Intellectualis
vel Moralis.

habitus citharizandi, scientia, virtus.

Q. 2. Quare dicitur, Qualitas adventitia? R. Quia non fluit ab essentia subjecti, nec à principiis ejus essentialibus, sed aliunde advenit; & vel a Deo infunditur; ut, *fides*, *spes*, *charitas*, & omnes habitus supernaturales, qui propterea vocantur Habitus infusi: vel aliàs acquiritur, idque ut plurimùm crebris actionibus, id est, actuum similium frequenti repetitione; ut omnes habitus naturales, *artes*. puta & *scientiæ*, &c. qui iccirco vocantur Habitus acquisiti.

Q. 3. *Quare dicitur sub disjunctione*, difficulter vel facilè mobilis? *R. Ut indicetur discrimen inter habitum & dispositionem. Si enim qualitas sit difficulter mobilis, à subjecto vocatur Habitus; ut*, Temperantia longo usu confirmata: *sin verò facilè, dicitur Dispositio; ut*, Intemperantia paucis actibus comparata.

Habitus ergo à dispositione tempore differt & gradu; non specie.

Ad hanc speciem qualitatis pertinent omnes scientiæ, artes, virtutes, vitia.

Naturalis potentia vel impotentia est qualitas à natura insita, qua subjectum redditur potens vel impotens ad aliquid faciendum, aut resistendum, aut suscipiendum suam perfectionem.

Est ergo triplex potentia seu vis naturalis, vel Impotentia seu imbecillitas. Prima, qua subjectum redditur potens vel impotens ad

operandum: ut, *vis audiendi in juvene, imbecillitas in sene.* Secunda, qua subjectum redditur potens vel impotens ad resistendum corrumpenti; ut, *durities in ferro, mollities in cera.* Tertia, qua subjectum redditur potens vel impotens ad suscipiendam suam perfectionem: ut, *vis naturalis, per quam aliquis dicitur facile sanabilis, & imbecillitas, per quam aliquis dicitur insanabilis,* nempe propter bonam vel malam humorum complexionem. Ejusdem speciei est potentia materiæ ad recipiendam formam substantialem, suam nempe perfectionem; quæ, dum ad aliam formam determinatur, respectu hujus dicitur Imbecillitas.

Ad hanc speciem pertinent omnes facultates animalium, plantarũ, lapidum, metallorum, &c.

X Patibilis Qualitas vel Passio est qualitas unico sensu exteriori perceptibilis, vel appetitûs affectio, difficulter aut facilè mobilis: ut, *albedo, nigredo, ira, odium,* &c.

Q. 4. Quid hic vocatur appetitûs affectio? R. Est commotio appetitûs orta ex vehementiori apprehensione: ut, *indignatio, ira, odium, amor, lætitia, tristitia,* &c.

Q. 5. *Quare iterum hic dicitur disjunctivè,* difficulter aut facilè mobilis? *R. Ad indicandum discrimen inter patibilem qualitatem & passionem. Si enim qualitas illa unico sensu exteriori perceptibilis (seu quæ efficit passionem in sensu, id est, sensum pati facit) vel affectio appetitûs sit difficulter mobilis, vocabitur* Patibilis *qualitas; ut,* color firmus & constans

Pat. Qual. vel Passio est quæ infert
Passionem Sensui, difficulter vel
facilè mobilis.

Figura est Quantitatum Mathematicarū in Corpore Dispositio; ut Rotunditas.

Forma est Lineamentorū, & Coloris in Corpore dispositio; ut Pulchritudo.

constans, inveteratum odium: *sin autem sit facilè mobilis, dicetur Passio*; *ut*, rubor ortus ex verecundia, levis indignatio.

4 Figura vel forma est qualitas quantitatē terminatam consequens: ut, *triangulū*, *quadratū*, &c.

Q. 5. Quomodo Figura & Forma differunt?

R. Figura resultat ex terminatione quantitatis simpliciter & in se spectatæ seu in rebus Mathematicis; ut *figura Trianguli*: sed Forma ex terminatione quantitatis in re aliqua naturali spectatæ, & figuræ addit colores; ut *forma externa hominis*, *Leonis*, &c.

Linea Prædicamenti QUALITATIS.

Qualitas

Habitus — Vis naturalis, &c.

Habitus

Acquisitus — Infusus

Acquisitus

Moralis — Intellectualis

Moralis

Virtus — Vitium

Virtus

Temperantia — Fortitudo, &c.

Temperantia

Hæc — Ista, &c

Hæc.

ARTICULUS IV.

De relatione.

Arist. Categ. c. 7. τὰ πρός τι ἐστὶν, οἷς τὸ εἶναι ταὐτόν ἐστι τῷ πρός τι πῶς ἔχειν.

RElata sunt, quorum esse est ad aliquid aliquomodo se habere; id est, quorum tota essentia posita est in respectu ad aliud: ut, *pater*, *filius*, &c. *pater* enim nihil aliud designat, quàm respectum ejus qui genuit, ad eum qui genitus est. Item *filius*, respectum ejus qui genitus est, ad eum qui genuit.

Definitū sunt *relata*, quæ aliis nominibus dicuntur *relativa*, *respectiva*, *ad aliquid*: quibus concretis respondent hæc abstracta, *relatio*, *respectus*, & his æquivalentia.

Pro majori hujus definitionis intelligentia adverte, Terminum generaliter sumptum dividi in relativum sive respectivum, & absolutum. Hanc divisionem initio omisimus, ut commodiùs hoc loco explicaretur.

Terminus Relativus est, qui significat respectum seu relationem ad aliud: ut, *pater*, *filius*, *dominus*, *servus*; *maritus*, *uxor*. Non enim potest intelligi Pater, nisi alicujus, scilicet Filii, esse intelligatur; nec Filius, nisi Patris. Et hæc definiuntur ab Aristotele jam explicatâ definitione.

Terminus Absolutus est, qui non significat respectum ad aliud: ut, *homo*, *linea*, *albedo*, & omnia nomina significantia substantiam, quantitatem,

Relata [sec^m Esse] sunt quorũ totum Esse est ad aliud: secundũ dici, quae aliquomodo ad aliud referuntur.

Relatio est Intentionalis vel Realis. Intent. est per quam unũ Ens Rationis refertur ad aliud; ut Genus ad Speciem: Realis est per quam unum Ens Reale ad aliud refertur.

Omne Respectivum fundatur in aliquo Absoluto: sc. vel in Quantitate, ut Æqualitas; vel in Qualitate ut Similitudo; vel Actione, ut Paternitas.

titatem aut qualitatem. Unde hîc non accipitur terminus absolutus, prout opponitur connotativo, sicut acceptus est tract.1.cap.1.art.7. sed prout opponitur relativo.

Q. 1. Quot in Relatione consideranda sunt? R. Septem. sc. Subjectum, terminus, fundamentum, ratio fundandi, relatio ipsa, relatum & correlatum.

1 Subjectum est id, quod refertur ad aliud: ut, *Anchises*, qui refertur ad *Æneam*, ut pater, est subjectum paternitatis.

2 Terminus est id, ad quod subjectum refertur: ut *Æneas*, ad quem refertur *Anchises*, ut pater, est terminus paternitatis.

3 Fundamentum est id, quo mediante subjectum ad terminum refertur: ut *Potentia generandi* in Anchise; *Quantitas* vel *Qualitas* (*albedo* nempe, *durities*, *figura*, &c.) in ovo, unde ad alterum ovum, ut illi æquale vel simile, refertur. Hoc Fundamentum non semper in re distinguitur à subjecto; sed aliquando ratione tantùm: ut *relatio Identitatis specificæ* Anchisæ ad Æneam in ipso *Anchise* fundatur; sic *relatio materiæ ad quantitatem in ipsa Materia fundatur.*

4 Ratio fundandi est conditio, sine qua relatio non sequitur fundamentum. Estq; triplex (1) vnitas & multitudo: ut *vnitas formalis*, id est, *convenientia in Essentia* vel *substantia*, est ratio fundandi relationem *Identitatis specificæ*; *in Quantitate*, *Æqualitatis*; *in Qualitate*, *Similitudinis*, inter duo ova, &c. *Multitudo seu dis-*

stinctio formalis, *id est*, *disconvenientia in essentia vel substantia*, est ratio fundandi relationem *Diversitatis specificæ*; *in Quantitate*, *Inæqualitatis*; *in Qualitate*, *Dissimilitudinis*, inter ovum & Æthiopem, &c. (2) Actio & passio: ut *Actio generandi*, id est, *τὸ generare* est ratio fundandi relationem *Paternitatis* in Anchise; *passio generandi*, id est, *τὸ generari* vel *genitum* esse, est ratio fundandi relationem *Filiationis* in Ænea; sine quibus hæ relationes non sequerentur fundamenta sua, potentiam sc: activam & passivam generandi. (3) Mensurabilitas, quæ est ratio fundandi relationem Mensurabilis ad Mensuram: ut *Scientiæ ad scibile*, *intelligentiæ ad intelligibile*, *visionis ad visibile*, &c.

5 Relatio ipsa est respectus subjecti ad terminum: ut, *Paternitas*, quæ est respectus Anchisæ ad Æneam; *Similitudo*, respectus unius ovi ad alterum.

6 Relatum est subjectum cum relatione: ut Anchises spectatus cum paternitate, ut *Pater*, est relatum.

7 Correlatum est terminus cum relatione opposita: ut Æneas cum filiatione spectatus, ut *Filius*, dicitur correlatum. Hoc reperitur in iis tantum relationibus, quæ alias sibi oppositas habent; ut *paternitas* cui opponitur *filiatio* (in cæteris enim est nudus terminus) quæ propterea vocantur *Mutuæ*; quia relatum & correlatum se mutuò respiciunt; in quibus, quod est subjectum & relatum respectu unius, est terminus

terr
è co
pat
mi
Æ
tur
lat

lat
fer
rel
inv
pr

pa

qu
ut
ſi
æ

ſu
n
d
p

c
d
c
p
c

terminus & correlatum respectu alterius, & è converso: ut *Anchises* qui est subjectum, & *pater* relatum, respectu *Paternitatis*, sunt terminus & correlatum respectu *filiationis*; sicut *Æneas* & *filius*, qui sunt terminus & correlatum respectu *Paternitatis*, sunt subjectum & relatum respectu *filiationis*.

Q. 2. Quomodo differunt relativa & correlativa? R. Relativa dicuntur, quæcunque referuntur ad aliud: ut, *pater*, *dominus*, &c. Correlativa autem vocantur, quæ referuntur ad invicem: ut, *pater & filius*, *dominus & servus*, *præceptor & discipulus*.

Dividuntur Relata in synonyma sive Æquiparantiæ & Heteronyma sive Disquiparantiæ.

Relata synonyma sive Æquiparantiæ sunt, quæ referuntur ad correlata ejusdem nominis: ut, *simile*, *æquale*, *cognatus*, *affinis*, *amicus* &c. Nam simile est simili simile; æquale est æquali æquale, &c.

Relata heteronyma sive Disquiparantiæ sunt, quæ referuntur ad correlata diversi nominis: ut, *dominus*, *servus*, *pater*, *filius*, &c. Nam dominus est servi dominus, non domini; & pater est filii pater, non patris.

Horum relatorum terminus ille, qui significat rem digniorem & per modum prælationis, dicitur *Relatum* *Superpositionis*, sive majoris comparationis aut inæqualitatis; ut *Dominus*, *pater*, &c. ille vero, qui significat rem minus dignam & per modum inferioritatis, dicitur

Relatum

Relatum Suppositionis, sive minoris comparationis aut inæqualitatis; ut *servus*, *filius*, &c.

Si relatio, quæ heteronymis competit, nomen habet, alterum duorum vocatur relatum, nempe illud, à quo relatio nomen habet; alterum vocatur correlatum. Si relatio nomine caret; veluti cum Emptor refertur ad venditorem, relati & correlati distinctio pendet à nobis: ut & in relatis synonymis.

Linea Prædicamenti RELATIONIS.

Relatum

Disquiparantiæ — Æquiparantiæ

Disquiparantiæ

Dignius correlato, Indignius correlato

Dignius correlato

Causa — Pater, dux, &c.

Causa

Materia — Forma, efficiens, finis

Materia

Hæc — Ista.

ARTICULUS V.

De Actione & passione.

Τὸ ποιεῖν sive Actio est modus, à quo quippiam dicitur agere seu aliquid efficere: ut, *calefactio*, per quam ignis dicitur calefacere lignum, id est, calorem in ligno producere. Τὸ πάσχειν sive Passio

Omnis Actio est Substantiæ; Vir-
:tus autem in quâ Substantiâ
agit est Qualitas: Unde Res
dic^r. agere Principaliter à Formâ
Substantiali: Instrumentaliter
à Qualitate; Formaliter ab Actione.

Passio est modus, à quo quippiam dicitur pati, seu effectum agentis recipere: ut, *calefactio*, per quam lignum dicitur calefieri ab igne, id est, calorem ab igne recipere. Unde Actio & passio non tam sunt diversæ res, quam modi diversi ejusdem rei. Idem enim motus, prout fluit ab Agente, dicitur Actio, & prout recipitur in patiens, dicitur passio: ut, *calefactio*, prout fluit ab igne, est Actio; prout recipitur in lignum, est passio. Fluxus igitur effectûs ab agente, *caloris* nempe *ab igne*, est Actio: Receptio effectûs in patiens, sc: *caloris in lignum*, est Passio. Hæc quandoque diversa est, non diversificatâ actione; juxta regulam, Quicquid recipitur, recipitur ad modum recipientis: ut ab eadem actione solis vel ignis, *calefactione* sc. *liquescit cera* & *indurescit lutum*.

Actio dividitur in immanentē & transeuntē.

Actio immanens est quæ manet in agente; sive Cujus agens & patiens sunt realiter idem: ut *Intellectio* est actio immanens, quia idem Intellectus est & agens & Patiens; nam simul fluit ab Intellectu & recipitur in Intellectum.

Actio transiens est quæ transit in aliud; sive, Cujus agens & patiens sunt realiter diversa: ut *calefactio* est actio transiens, quia fluit ab Igne, ut ab Agente, & recipitur in Lignum, ut in Patiens, quæ sunt realiter diversa.

Cuilibet Actioni respondet Passio; Secundum Regulam: Actio ex se infert Passionem, & Passio per se ex Actione infertur.

Actioni

Actioni immanenti respondet Passio intentionalis; sic dicta, quia nullam realem mutationem efficit in patiente.

Actioni transseunti respondet Passio transmutativa, quæ realem mutationem efficit in patiente.

Facile est distinguere Concreta actionis & passionis, ut, *calefacere*, *calefieri*; *frigefacere*, *frigefieri*; *percutere*, *percuti*: sed Abstracta difficilius dignoscuntur, quia quoad vocem coincidunt. Unde distinctionis gratia, ad denotandam actionem addi solet illis hæc vox, *activa*; ad significandam verò passionem ista vox, *passiva*: ut, *calefactio activa*, *frigefactio activa*; *calefactio passiva*, *frigefactio passiva*.

Linea Prædicamenti ACTIONIS.

Actio

Animæ	Corporis

Animæ

Sensum habentis	Sensu carentis

Sensum habentis

Externa	Interna.

Externa

Visio	Auditio, Gustatio, &c.

Visio

Hæc	Ista.

ARTI-

Aliquid potest esse in Loco 3r

Circumscriptivè, ut Corpus; Definitivè, ut Angelus; Replativè, ut Deus.

ARTICULUS VI.

De reliquis quatuor prædicamentis.

UBI

τὸ ποῦ sive Ubi est præsentia rei in loco: ut, *esse in schola, foro, templo*, &c.

Tria hîc accuratè distinguenda sunt: Res quæ est in loco; Locus in quo res est; & τὸ Esse rei in loco. Primum ad prædicamentum Substantiæ pertinet; secundum ad prædicamentum Quantitatis; tertium hoc prædicamentum constituit, estque nihil aliud quam Existentia rei, prout tali vel tali loco mensuratur, sive Modus quidam, quo res fit præsens huic vel illi loco; qui proinde vocatur Præsentia localis seu In existentia in loco.

Linea Prædicamenti U B I.

Ubi

In aëre — Extra aërem

In aëre

In urbe — Extra urbem

In urbe

Sub tecto — Sub dio

Sub tecto

Publico — Privato

Publico

Sacro — Profano

Sacro

Sacro

In templo — In sacello

In templo

D. Petri — D. Pauli.

QUANDO

τὸ πότε sive Quando est existentia rei in tempore: ut, *fuisse heri, esse hodie, cras fore.*

Tria hîc etiam, ut prius, distinguenda sunt. Res quæ est in tempore; Tempus in quo res est; & τὸ esse seu existere rei in tempore. Primum propriè ad prædicamentum Substantiæ pertinet, secundariò etiam ad alia; secundum ad prædicamentum Quantitatis; tertium hoc prædicamentum constituit, estque nihil aliud, quàm Duratio rei, prout tali vel tali tempore mensuratur, sive Modus quidam, quo res fit præsens huic vel illi tempori; qui propterea vocatur Præsentia temporalis seu Coexistentia tempori.

Linea Prædicamenti QUANDO.

Quando

In tempore circumstanti — In præsenti

In circumstanti

Præterito — Futuro

Præterito

Olim — Nuper

A sæculo

A fa

Hoc

ra

toto

&c.

eo,

in l

vel

nisi

qui

I

loc

Spe

pra

tiu

nis

co

Fo

Se

Ha

Olim

A sæculo — A lustro

A sæculo

Hoc — SITUS — Illo

Τὸ κεῖσθαι sive Situs est dispositio partium in toto in ordine ad locum: ut, *stare*, *sedere*, *cubare*, &c. Nam homo suscipit has denominationes ex eo, quòd habeat partes corporis certâ ratione in loco dispositas & ubicatas, sive quòd sit tali vel tali modo in Loco. vnde non differt ab *Ubi*, nisi ratione, ut *esse in loco & esse tali modo in loco*; quia Modi non datur Modus.

Est enim certus quidam Modus essendi in loco, nempe *Stando*, *sedendo*, *cubando*, &c. sive Specialis præsentia localis; in qua, tam ratio præsentiæ aut ordo ad spatium, quā ordo partium inter se (prout est fundamentum relationis) attenditur, ac proinde, Est Dispositio localis consurgens in toto ex tali partium ubicatione.

Linea Prædicamenti SITUS.

Situs

Fortuitus — Naturalis

Fortuitus

Sessio — Statio, &c.

Sessio

Hæc — Ista

HABITUS

Τὸ ἔχειν sive Habitus est indumenti vel ornamenti ad corpus applicatio: ut, *esse calceatum, coronatum*, &c.

Nota, vocem Habitus quinque modis sumi. 1 Pro omni eo, quod quocunque modo haberi dicitur, denominatione extrinseca à verbo Habeo desumpta; ut sit idem quod Res habita; & sic ad nullum certum prædicamentum pertinet, sed in pluribus reperiri potest. 2 Prout opponitur Privationi; de quo art. seq. 3 Pro prima specie qualitatis. 4 Pro veste, & sic Directè in nullo prædicamento ponitur, quia est unum quid sive compositum per Accidens, Res sc: artefacta, vide tract. 3. cap. 1. art. 3. 5 Pro accommodatione vestis ad rem vestitam, quæ est acceptio hujus loci. Unde Habitus, prout ultimum prædicamentum constituit, non est vestis, nec corpus vestitum; sed applicatio vestis ad corpus seu Habitio (ut ita dicam) quæ mediat inter vestitum & vestem; quæ nihil est aliud, quàm Peculiaris quædam localis Præsentia vestis ad vestitum, seu Specialis ubicatio vestis, nempe Circumpositio.

Linea

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Oppositio [illegible]

[illegible]

Oppositio est [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Postprædicamentū est Doctri:
:nale supplementū ad Prædica:
:menta. Sunt apud Artem. 5.
Oppositio, Prioritas, simultas,
Motus, Habere.

Oppositio est Repugnantia
duorū Terminorum simplicium
respectu Ejusdem subjecti singularis.
ut Opposita melius intelligantur
pauca præmittem' de Identitate
et Diversitate seu Distinctione.
Identitas est Convenientia sec^m.
quam aliqua dicu^r. esse eadem.
Diversitas est Distinctio sec^m.
quam dicunt^r. differre.
Aliquid dic. Idem vel Diversū
tribus modis; Genere, Specie,
et Numero.

Linea Prædicamenti HABITUS.

Habitus

Indumenti | Ornamenti

Indumenti

Domestici | Militaris

Domestici

Tunicatio | Calceatio, &c.

Tunicatio

Hæc | Ista.

CAPUT III.

De Postprædicamentis.

Ex iis, quæ Aristoteles in Postprædicamentis tradit, duo hic tantum præcipua explicabuntur, opposita & modi prioris ac simul.

ARTICULUS. I.

De Oppositis.

Oppositorum genus sunt Repugnantia.

Repugnantia suut, quæ de eodem singulari simul verè affirmari non possunt: ut, *album* & *nigrum*, quæ de eodem ovo v. g. affirmari nequeunt.

Q. 1. Cur dicitur, de eodem singulari? R. Quia de eodem universali subjecto bene affirmari possunt: ut, *esse doctum & indoctum de homine*.

Q. 2. Cur additur particula, Simul? R.

Quia ut de eodem subjecto singulari diversis temporibus verè affirmari possint nil prohibet: ut, *esse calidam & frigidam de eadem aqua*, quæ ex frigida fit calida, vel è contra.

De soph. Elench. cap. 5. *Ad veram enim repugnantiam quatuor conditiones requiruntur; sc. ut Termini sumantur* 1 κατὰ τὸ αὐτὸ *secundùm idem, id est, secundùm eam partem aut naturam. Sic* Æthiopē esse album & non esse album, *non repugnant, si respectu diversarum partium, dentium sc. & corporis, sumantur; sed benè conveniunt; ut* & Christum fuisse mortuum & non fuisse mortuum; *fuisse mortuum sc. secundum humanam naturam, non fuisse mortuum secundum* Divinam: *cùm interim si respectu ejusdem partis aut naturæ sumantur termini, utrobique repugnant.* 2 Πρὸς τὸ αὐτὸ, *ad idem, id est, eodem respectu. Sic* numerum quaternarium esse duplum & dimidium *respectu binarii repugnant; sed non respectu diversorum, binarii sc. & octonarii.* 3 Ὡσαύτως *eodem modo.* Sic mundum habere principium & non habere principium, *si eodem modo sumantur, repugnant; si diverso, veritate conveniunt. Mundus enim habet principium durationis, non magnitudinis, quia est sphæricus.* 4 Ἐν αὐτῷ τῷ χρόνῳ, *respectu ejusdem temporis. Vide exemplum supra positum in quæst. 2.*

Repugnantium, alia sunt disparata, alia opposita.

Disparata sunt, quæ non præcisè repugnant

Id

Id
ter
nar
bru
equ
qua
moe

rep
neu
eo
cal
rep
de

nar
nig
qu
nat
ut
co
op

fit
di

fio

Id est, Sunt repugnantia, quorum unum alicui tertio æquè vel magis repugnat eodem repugnandi modo: ut, *homo & equus*; *album & rubrum*. Homo enim æquè leoni repugnat, atque equo: album verò magis repugnat nigro, quàm rubro. Cur addatur, *eodem repugnandi modo*, statim patebit.

Τὰ ἀντικείμενα, sive Opposita sunt, quæ præcise repugnant; Id est, Sunt repugnantia, quorum neutrum alicui tertio æquè vel magis repugnat eodem repugnandi modo: ut, *album & nigrum*, *calidum & frigidum*. Album enim nulli tam repugnat quam nigro, nec vice versa; & sic de calido & frigido.

Possunt tamen opposita alicui tertio repugnare diverso repugnandi modo: ut, *album & nigrum* repugnant etiam *cæruleo*; sed aliter quàm sibi invicem. Album enim nigro repugnat, ut nihil albi in se habenti: cæruleo vero, ut ei, cui aliquid albi insit; similiter & cæteris coloribus. Hinc regula; *Vnum vni tantùm opponitur.*

Opposita sunt quadruplicia; Relativè opposita, Contraria, Privative opposita & Contradictoria.

Q. 3. Unde sumitur & colligitur ista divisio? R. Ex modis generalibus opponendi.

Nam Ens opponitur vel
- Enti, vel
  - Relativo: ut *pater filio*; suntq; Relative opposita.
  - Absoluto: ut *album nigro*; & sunt Contraria.
  - Privativo: ut *visus cæcitati*; quæ sunt Privativè oppsita.
- Non Enti, vel
  - Negativo: ut *homo non homini*, suntque Contradictoria.

Arist. in categ. cap. 10. 1. Ὅσα οὖν ὡς τὰ πρός τι ἀντίκειται, αὐτὰ, ἅπερ ἐστὶ, τῶν ἀντικειμένων λέγονται, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως πρὸς αὐτά.

Relativè opposita sunt, quæ, id ipsum quod sunt, oppositorum esse dicuntur, aut alio aliquo modo ad illa: ut *pater* & *filius*, *majus & minus*, & omnia correlativa.

Esse oppositorum dici, est ad opposita in genitivo casu expressa referri. Sic pater refertur ad filium, cùm dicitur, *Pater est filii pater.*

Dici *aliquo alio modo ad illa*, est referri ad opposita in alio casu, quàm in genitivo, expressa. Sic majus refertur ad minus, cùm dicitur, *Majus est minore majus.*

Relata considerantur bifariàm. Vel quatenus tribuuntur diversis; ut Pater *Anchisæ & filius Æneæ: & sic se mutuò ponunt. Posito enim patre ponitur filius; si Anchises sit pater, habet filium, & è contra. Vel quatenus tribuuntur eidem respectu ejusdem; ut Pater & filius Anchisæ respectu Æneæ, vel alterius cujusvis hominis; & sic se mutuò tollunt.*

Oppositio Relativa est inter Termi-
:nos Relativos.
Relata dependent à se invicem
quoad esse simpliciter; repugnant
quoad esse in eodem Subjecto.

Oppositio Contraria est inter Terminos Contrarios.

x Distantia est 2x Negativa vel Positiva. Positiva est inter duo Entia. Negativa inter Ens et non Ens. Inter Contraria dat. maxima Distan:tia; Positiva; inter Contradictoria, Negativa.

sunt. Si Anchises est pater Æneæ, non est ejus filius, & è contra. Quia idem non potest esse pater & filius ejusdem. Priori modo in prædicamentis; posteriori hîc spectantur relata: illic nimirum quatenus ad suos terminos referuntur; hîc verò, quatenus iisdem opponuntur; quæ oppositio in relatis ejusdem nominis ob ejus identitatem non apparet.

Dixi Respectu ejusdem; quia si tribuantur eidē res- respectu diversorum; ut Pater & filius Anchisæ respectu Capis & Æneæ; non erunt opposita ob defectum secundæ conditionis repugnantium: ut nec quæ primo modo sumuntur, quia non affirmantur de eodem.

2 Contrariorum ex Aristotele colligitur hæc definitio.

Arist. c.6. categ. Ἐναντία ἐστὶ τὰ πλεῖστον ἀλλήλων διεστηκότα τῶν ἐν τῷ αὐτῷ γένει.

Contraria sunt, quæ posita sub eodem genere maximè à se invicem distant, & eidem subjecto susceptivo vicissim insunt, à quo se mutuò expellunt, nisi alterum insit à natura: ut, *album* & *nigrum*.

In hac definitione continentur quatuor conditiones sive leges contrariorum.

Prima, ut sint sub eodem genere; sive illud sit proximum, sicut *albedo* & *nigredo* sub *colore*; sive remotum, sicut *injustitia* & *justitia* sub diversis generibus proximis, scilicet virtute & vitio; sed illis mediantibus ponuntur sub eodem genere remoto, nempe habitu, & ulteriùs sub qualitate. Itaque contraria saltem debent esse ejusdem prædicamenti

dicamenti. Per hanc partem excluduntur privative opposita & Contradictoria.

Secunda conditio contrariorum est, ut sub illo eodem genere maxime distent; id est, præcise repugnent: quod eodem modo explicandum est, quo supra. Hinc excluduntur Disparata.

Tertia, ut eidem subjecto inhæsionis vicissim insint: ut, *calor* & *frigus* vicissim insunt eidem *aquæ*. Hinc excluduntur Relative opposita.

Quarta, ut ab illo subjecto se mutuo expellant: ut, *calor* expellit *frigus ab aqua*, & e contrà.

Q. 4. Quare in definitione additur hæc exceptio, Nisi alterum insit à natura? R. Quia si alterum insit à natura, non erit necesse, ut vicissim insint eidem subjecto; ideoque unum proprie non debebit expellere alterum, quia nihil proprie expellitur ex aliquo, nisi aliquando fuerit in illo: ut, *calor* & *frigus* non insunt vicissim igni, nec ab eo se expellunt; quia *calor* inest *igni* à natura, & est ab illo inseparabilis.

Arist. categ. c. 10.

Contrariorum alia sunt immediata, alia mediata.

I Ἐναντία ὧν οὐδὲν ἐστιν ἀνὰ μέσον sive Contraria immediata sunt, quibus nihil intermedium est utriusque particeps; sive, quorum alterum necesse est inesse subjecto capaci: ut *ægrum* & *sanum*, *par* & *impar*. Quia nullum datur subjectum capax ægritudinis & sanitatis, nempe animal, quod simul sit particeps utriusque;

Alterum datur mediū Proportionis inter excessū et defectū in quo consistit Virtus.

Oppositio Privativa est inter Habitū et Privationem.

que; sed est vel ægrum vel sanum. Idem est de Numero respectu Paritatis & Imparitatis.

Q. 5. Cur explicationi additur, Subjecto capaci? R. Quia dari potest subjectum incapax, cui neutrum Contrariorum immediatorum insit; sive, de quo utrumque negari potest: ut *lapis* ad sanum & ægrum, *Angelus* ad calidum & frigidum comparatus. Quod vocatur Medium negationis sive subjecti, quia est subjectum, de quo utrumque extremum negatur; & reperitur inter omnia omnino opposita, exceptis Contradictoriis; de quibus postea. Alterum vocatur Medium Participationis sive Formæ; quia de utraque contraria forma participat, ut *tepor de calore & frigore*; *rubedo de albedine & nigredine*. Et de hoc Medio intelligitur divisio Contrariorum. Ideoque.

2 Ἐναντία ὧν ἐστὶ τὰ ἀνὰ μέσον, sive Contraria mediata sunt, quibus aliquid est intermedium utriusque particeps; sive, quorum utrumque abesse potest a subjecto capaci, nisi alterum insit à natura: ut *album & nigrum*, *calidum & frigidum*. Datur enim subjectum capax, quod nec sit album nec nigrum, sed particeps utriusque; ut *Pannus ruber* vel *viridis*: Item, quod nec sit calidum nec frigidum, sed aliquid utriusque habeat; ut *aqua tepida*.

Cur addatur, Nisi alterum insit à natura, ex quæst. 4. patet.

3 Privativè opposita sunt Habitus & illius Privatio: ut *visus* & *cæcitas*,

Ἕξις sive Habitus hîc dicitur quævis forma, quæ naturaliter haberi potest & debet. *Varias hujus vocis acceptiones vide tract. 3. cap. 2. art. 4.*

Στέρησις sive Privatio est absentia Formæ à subjecto capaci, & tempore ac loco à natura determinatis.

Q. 6. Cur in definitione Habitûs dicitur, Quæ naturaliter haberi debet? R. Ut privatio Logica à Physica distingueretur. Est enim Privatio Physica absentia Formæ à subjecto, cui inesse tantum potest, & præcedit Formam. *De qua in Philosophia Naturali.* Privatio Logica est absentia Formæ à subjecto cui inesse naturaliter debet, & sequitur formam vel naturalem aptitudinem ad formam.

Q. 7. Quare dicitur, A subjecto capaci? R. Quia absentia formæ à subjecto incapaci non dicitur Privatio, sed Pura negatio: ut, *lapis* non dicitur *privatus visu*, sive *cæcus*; sed tantum *non videns* sive non habens visum.

Q. 8. Cur additur, Tempore ac loco à natura determinatis? R. Quia absentia formæ à subjecto ante tempus vel extra locum à natura determinata non est privatio; sed mera tantum negatio: ut, *catulus ante nonum diem non est cæcus*, si verum est ante illum diem naturaliter eum non videre. Nec qui *existit in loco tenebricoso dicitur cæcus*, sed tantum non videns; aut *urinatores sub aqua sunt surdi*, licet non audiant. Quia hæc natura pro idoneis visui vel auditui locis non designavit.

præsentia Formæ in Subiecto capaci.

Privatio Physica, est absentia Formæ introducendæ. Logica, absentia Formæ quæ inerat, aut inesse debet.

Privatio est absentia illius quod aptum erat inesse: Negatio, illius quod non erat aptum.

Privatio Totalis tollit actum et Potentiam. Priv. Partialis tollit actum solummodo.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Oppositio Contradictoria est inter terminos Contradictorios.

Arist.4.ibid. Contradictoria ſunt, ὅσα δὲ κατάφασις ἢ ἀπόφασις ἀντίκειται, quæ ut affirmatio & negatio opponuntur: ut, *homo & non homo, album & non album.*

Terminus negativus in contradictoriis vel expreſſe negat; ut in prædictis exemplis: vel implicitè tantum, cùm alterius negationem involvit; ut *homo irrationalis*, quod idem eſt, ac ſi dixeris, *homo non homo*; quia irrationale non eſt homo. Item, *corpus unum in pluribus locis* aut *ubique*, idem eſt, quod *corpus non corpus*. Hæc vulgò vocatur Implicatio Contradictionis, Contradictio in adjecto, Oppoſitū in oppoſito.

Arist.l.1. poster.c.3. Ἀντίφασίς ἐστιν ἀντίθεσις, ἧς οὐκ ἔστι μεταξὺ καθ' αὑτήν.

Contradictio eſt oppoſitio, quæ per ſe medio caret, ſive, Inter contradictoria non datur medium; neque negationis; unde, *Alterum contradictoriorum verificatur de omni ente & non ente:* neque participationis. Nihil enim datur, quod nec ſit homo, nec non homo; ſed quodcunque aſſignaveris, erit neceſſariò homo vel non homo; ac proinde nihil etiam, quod ſit & homo & non homo. Hinc excluduntur reliqua omnia oppoſita, ac præcipuè Contraria immediata; quæ licet non habeant medium, quod ſit ſubjectum capax ſive participationis; habent tamen medium, quod eſt ſubjectum incapax ſive negationis.

Contradictio eſt oppoſitionum maxima,

prima,

prima; & reliquarum menſura. Maxima, quia caret omni medio; negat etiam ubique & ſemper. Prima, quia nullam aliam præſupponit, at omnes aliæ illam. Nam in cæteris omnibus includitur, ac ipſa nullam includit. Quod verum etiam eſt de Diſparatis. Ideo enim filius opponitur patri relative, quia *filius eſt non pater*; nigrum albo contrariè, quia *nigrum eſt non album*; cæcitas viſui privativè, quia *cæcitas eſt non viſus*; denique homo leoni, tauro, &c. diſparatè, quia *homo eſt non leo*, &c, Et hinc eſt Reliquarum menſura. Nam primum in vnoquoque genere eſt menſura reliquorum, & eo cenſetur major repugnantia, quo ad Contradictionem, omnium maximam, magis accedit.

ARTICULUS II.

De modis prioris & ſimul.

Ariſt. Categ. c. 12. MOdi prioris, id eſt, quibus unum dicitur altero prius, ab Ariſtotele aſſignati ſunt quinque.

1 Κατὰ τὸ χρόνον, καθ᾽ ὃν πρεσβύτερον ἕτερον ἑτέρου καὶ παλαιότερον λέγεται.

Tempore, ſecundùm quod aliquid altero vetuſtius & antiquius dicitur. Πρεσβύτερον ſeu vetuſtius, in rebus animatis; ut *Pythagoras Socrate*: παλαιότερον ſive antiquius, in rebus inanimis & factis; ut *bellum Trojanum Punico*.

Prius

Canones de Oppositis.

1 Solæ Qualitates sunt Contrariæ.

2 Ambo Termini in Oppositione Contra:riâ debent esse positivi. hinc bonum et malum non sunt Contraria.

3 Contraria non possunt esse in eodem Subjecto. h.e. in gradibus Intensis non Remissis

4 A Privatione ad Habitum non datur regressus; sc. totali et naturaliter.

5 Inter Contradictoria non datur medium

Contrariae Oppositis.

Priu
ſua
quia
vel
priu
priu
Hic

2

I
ſec
ſed
du
erg
un
ſu
Et
bu
pa
vo
ho
o
ef

3

d
F

4

Prius tempore dicitur, vel absolute, quod tota sua duratione prius est, ut *Adamus Abrahamo*; quia Ille esse desiit, antequam Hic esse cæperit: vel secundum quid, quod parte durationis prius est, ut *Plato Aristotele*; quia Ille quidem prius esse cæpit, sed non desiit esse, antequam Hic esset. Hic modus maxime proprius est.

2 Ἀφ' οὗ μὴ ἀντιστρέφει ἡ τοῦ εἶναι ἀκολούθησις.

Id à quo non reciprocatur existendi consecutio, id est, quod ab altero recte infertur, sed non vicissim alterum infert. Sic, *unum est prius duobus*; quia licet bene sequatur, duo sunt, ergo unum est; non tamen vicissim sequitur, unum est, ergo duo sunt. Hoc modo omne superius prius est inferiori, ut *animal homine*; Et multæ etiam causæ sunt priores suis effectibus: ut, *Deus creatura*; *ferrum gladio*; *omnis pars suo toto*. Hinc factum est, ut hic modus vocatus sit Modus prioritatis naturæ, & quod hoc modo prius est, dicatur altero Prius natura: omnis enim *causa est natura prior suo effectu*, quia effectus ab illa dependet.

3 Κατά τινα τάξιν τὸ πρότερον λέγεται.

Quod ordine alterum præcedit, id prius dicitur. Sic, *exordium prius est narratione*, apud Rhetores.

4 Τὸ βέλτιον καὶ τὸ τιμιώτερον πρότερον τῇ φύσει δοκεῖ.

Quod dignius est & præstantius, id naturâ

prius

prius esse videtur; sive in se, sive nostra tantum æstimatione tale sit: ut, *aurum argento; anima corpore; amici alienis*. Quod enim pluris facimus, hoc apud nos prius & antiquius dicitur.

Sed hic modus à Logica consideratione alienissimus est.

5 Τῶν ἀντιστρεφόντων κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν, τὸ αἴτιον ὁπωσοῦν θατέρῳ τοῦ εἶναι, πρότερον εἰκότως τῇ φύσει λέγοιτ' ἄν.

Eorum, quæ secundum existendi consecutionem reciprocantur, quod quomodocunque causa est, cur alterum sit, meritò prius natura dici potest. Ideo prior est effectu causa reciproca; id est, quæ ab effectu rectè infertur, & vicissim effectum rectè infert: ut, *ortus solis, diem; rationale, risibile*. Itaque non quævis causa hoc modo est prior suo effectu, cùm multæ ad secundum modum pertineant; sed tantùm causa reciproca, ut expresse declarat Aristot. Omnes tamen causæ, ad effectus suos comparatæ, sunt illis priores natura, & reducuntur ad hunc vel secundum modum. Licet interim, quod hoc modo prius est specialiter dicatur Prius Causalitate.

Isti modi prioris continentur his versiculis, qui tamen juxta dicta exponendi sunt.

Tempore, natura, prius ordine dic & honore,
Et causa effectis dicitur esse prior.

His addere possumus.

6. Prius cognitione, quod est γνωριμώτερον, id

id eſt
facili
ἁπλῶ
quæ
ra, i
telle
toto ;
quic
ſteri
nob
perſ
totu
C
cùm
enii
I
eſſe
Ariſt
cate
S
ctio
nia.
quo
fini
v. §
2
qu

id eſt, notius ſeu noſcibilius; hoc eſt, quod faciliùs cognoſcitur, idque duobus modis. 1. ἁπλῶς, ſimpliciter ſeu ſecundùm naturam: ſic quæ natura priora, ſunt etiam notiora natura, idque cognitione diſtincta, perfecta & intellectuali: ut *univerſalia ſingularibus*; *partes toto*; *cauſæ effectibus*, &c. 2. κατά τι, ſecundùm quid, ſeu reſpectu noſtri; ſic quæ natura poſteriora ſenſibuſque noſtris propinquiora, ſunt nobis notiora, idque cognitione confuſa, imperfecta & ſenſuali: ut *ſingularia univerſalibus*, *totum ſuis partibus*; *effectum cauſis* &c.

Quot modis dicitur Prius, tot & Poſterius; cùm non detur prius ſine poſteriori. Dicitur enim prius reſpectu poſterioris.

Modi ſimul, id eſt, quibus unũ dicitur ſimul eſſe cum altero, ab Ariſtotele tres aſſignantur.

Ariſt.c.13. categ. 1 Ἅμα κατὰ τὸν χρόνον λέγεται, ὧν ἡ γένεσις ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ ἐστί.

Simul Tempore dicuntur, quorum productio eſt in eodem tempore. *Ita ſimul ſunt omnia, quæ ſimul naſcuntur.* Secundariò etiam ea, quorum unum incipit, antequam alterum deſinit: ut σύγχρονοι *ſive Contemporanei, Ariſtotles v.g. & Plato.* Hic modus maximè proprius eſt.

2 Ἅμα τῇ φύσει λέγεται, ὅσα ἀντιστρέφει μὲν κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν, μηδαμῶς δὲ αἴτιον θάτερον θατέρῳ τοῦ εἶναί ἐστι.

Simul natura dicuntur, quæ reciprocantur quidem ſecundùm exiſtendi conſecutionem, neutrum

neutrum tamen causa est ut alterum existat, id est, quæ ex se mutuò inferuntur, neutrum tamen causa est alterius: ut *Dominus & Servus*; *Pater & filius*. Nam si est dominus, est servus; si est pater, est filius; & è contra.

Q. Quomodo hoc verum est, cùm pater sit causa filii? R. Hominem, qui est pater, esse causam illius hominis, qui filius est; sed paternitatem non esse causam filiationis. Eodem modo, is, qui est pater, præcedit eum, qui est filius, non tantum natura, sed etiam tempore; at paternitas non præcedit filiationem, neque natura, neque tempore: quod est dicere, Non prius est, aliquem esse patrem, quam alterum esse filium. Simul enim & *Philippus* v. g. est *pater Alexandri*, & *Alexander est filius Philippi*.

Quoad ee respectivū Relata sunt simul Naturâ non quoad ee absolutū.

3 Καὶ τὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἀντιδιῃρημένα ἀλλήλοις ἅμα τῇ φύσει λέγεται.

Ea quoque, quæ ex eodem genere sibi invicem in divisione opponuntur, simul natura dicuntur; cujusmodi sunt diversæ species ejusdem generis: ut, *homo & brutum*. Dicuntur verò tales species esse simul quoad generis divisionem & participationem, quæ æqualiter illud dividunt ac participant: ut, *brutum* æquè perfectè est *animal*, & æquè illud dividit, atque *homo*. Nam animal non priùs convenit homini, & gratia illius bruto; sed æquè & immediatè utrique: quia unum ab altero non dependet.

In

In qu
quoc
patu
à se
quàn
fiant
hoc.
cide
C
Secu
ra,
visio
P
tum
lis c
Te
C
Sun

A
præ
exp
præ
tan
qui
nic
ten

In quo differt Genus Univocum ab Æquivoco; quod genus Æquivocum inæqualiter participatur ac dividitur à suis speciebus. Nam quia à se invicem dependent, priùs uni illarum, quàm alteri convenit: ut *Ens* priùs de *Substantia*, quàm de *accidente*, quia gratia illius de hoc, prædicatur. Ac proinde Substantia & Accidens non sunt simul divisione, respectu Entis.

Quæ hoc modo sunt simul, sicut & quæ Secundo, ab Aristotele vocantur Simul Natura, ut ex definitione patet; vulgò, Simul Divisione.

Possunt & alii modi Simul assignari, sed hos tantum proposuit Aristoteles; qui his vulgatis versiculis continentur.

Tempore dico simul, quorũ generatio nunc est,
Quæ convertuntur, dicimus esse simul.
Suntq; simul species genus unum distribuentes.

CAPUT IV.

De proprietatibus prædicamentorum.

ARistoteles in quinque primis prædicamentis ponit aliquot proprietates, ut faciliùs singula prædicamenta ab aliis distinguantur. Quarum explicationem etsi communiter Dialectici *singulorum prædicamentorum explicationi conjungant; visum tamen est satiùs eas postprædicamentis subjungere; quia multæ illarum sine postprædicamentorum adminiculo à tyronibus percipi non possunt. Non est autem nobis propositum omnes illas proprietates hîc*

explicare;

explicare; sed tantum eas, quæ celebriores sunt, & ad captum tyronum accommodatiores; aliis spinosioribus prætermissis.

ARTICULUS I.

Proprietates Substantiæ.

Arist. 1. l. Categ. c. 5. 1 Κοινὸν κατὰ πάσης οὐσίας, τὸ μὴ ἐν ὑποκειμένῳ εἶναι.

COmmune est omni substantiæ non esse in subjecto; Id est, omnis substantia existit sine subjecto inhæsionis. Videatur definitio substantiæ.

Hoc convenit differentiis etiam substantiæ ac partibus ejus.

2. ὑπάρχει ταῖς οὐσίαις καὶ τὸ μηδὲν αὐταῖς ἐναντίον εἶναι.

Convenit substantiis, nihil eis esse contrarium: Id est, una substantia non est alteri contraria per se.

Contraria per se dicuntur ea, quæ ratione sui, & non ratione alterius, sunt contraria. Talia sunt, *calor & frigus*, & quæcunque continentur in definitione contrariorum tradita in postprædicamentis.

Contraria per accidens dicuntur ea, quæ non ratione sui, sed ratione alterius, sunt contraria: ut, *aqua & ignis*. Sunt enim inter se contraria ratione caloris & frigoris, quæ sunt contraria per se.

Q. 1. Quare substantiæ non sunt inter se con-

Potest habere subjectũ Informaciõnis, non Inhaesionis; ut Anima.

Not. Aliquid potest suscipere magis et minus dupliciter.

1°. subjective, tanquã subtũ q.d suscipit.

2°. Terminative, tanquã res quæ intendi:tur et remittitur; et sic subtia non suscipit magis et minus.

h.e. x quoad modũ substandi non subsistendi.

contrariæ per se? R. Duabus de causis. 1. quia non sunt oppositæ: ut, *brutum* non opponitur *homini*; quia non magis illi repugnat, quàm lapidi. 2. quia non insunt vicissim eidem subjecto; cùm substantiæ nullum habeant subjectum; ut *ex prima proprietate patet.*

Q. 2. Quare in explicatione proprietatis additur illa particula, per se? R. Quia substantiæ possunt esse contrariæ per accidens, ut dictum est.

Arist. *Ibid.* 3 Δοκεῖ ἡ οὐσία μὴ ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον.

Substantia non videtur suscipere magis & minus; id est, nomina substantiarum non prædicantur cum adverbiis magis & minus: ut non potest dici, quòd *Johannes sit magis homo, vel minùs, quàm Petrus,* &c. licet dici possit major vel minor.

Excipiunt aliqui ab hac proprietate nomen generalissimum substantiæ; quia secundum Aristotelem* prima substantia dicitur magis substantia, quàm secunda; quia videlicet pluribus substat, ut dictum est cap. 2. art. 1. q. ubi dixi magis substare eo loci esse pluribus substare. Hæ duæ ultimæ proprietates non conveniunt soli substantiæ, ut ex sequentibus constabit.

Arist. *Ibid.* 4 Μάλιστα ἴδιον τῆς οὐσίας δοκεῖ εἶναι τὸ ταυτὸν καὶ ἓν ἀριθμῷ ὄν, τῶν ἐναντίων εἶναι δεκτικόν.

Maximè proprium substantiæ esse videtur,

 Idem

Idem unumque numero permanens contrariorum eſſe ſuſceptivum; Id eſt, una & eadem ſubſtantia viciſſim ſuſcipere poteſt contraria tanquam ſubjectum ultimum: ut, *eadem aqua viciſſim recipit calorem & frigus.* Niſi alterum contrariorum ſit ab illa inſeparabile; ut, *calor ab igne*: tunc enim alterum ſuſcipere non poteſt; ut *ignis non ſuſcipit frigus.*

Additur, *tanquam ſubjectum ultimum*, id eſt, quod non eſt in ulteriori ſubjecto, quia etiam quantitas recipere poteſt viciſſim contraria; ut *ſuperficies albedinem & nigredinem*: ſed non tanquam ſubjectum ultimum, cum ipſa etiam in alio ſubjecto, ſcilicet ſubſtantia, recipiatur.

Quòd oratio de vera tranſit in falſam, id non fit ſuſcipiendo contraria; quia non mutatione ſui, ſed alterius, nempe rei, de qua eſt oratio: ut hæc, *Socrates ſedet*, ex vera fit falſa, ſurgente ſocrate.

ARTICULUS II.

Proprietates Quantitatis.

Ariſt.l.Categ.c.6. 1. Τῷ ποσῷ ἐδὲν ἐςιν ἐναντίον.

QUanto nihil eſt contrarium; Id eſt, una quantitas non eſt alteri contraria per ſe: ut, *linea non eſt contraria ſuperficiei*, &c. quia non habent vim ſe mutuò expellendi ab eodem ſubjecto, cùm Quantitas nihil agat; ſed potiùs ſunt neceſſariò conjunctæ, imò ita ſubordinatæ

Una Linea dicr. magis Longa, i.e. major alterâ; non tamen est magis Linea.

dinatæ, ut una alteram præsupponat: *superficies* sc. *lineam, & corpus superficiem.*

Arist. ibid. *Nam Magnum & parvum, Multum & paucum, Locus superus & inferus, &c. quæ videntur contraria; imprimis, qua talia, non sunt Quanta, sed Relata: deinde nec sunt contraria; quia idem diverso respectu est simul Magnum & parvum, &c. contraria autem eodem respectu dicuntur, nec eidem simul inesse possunt.*

Additur, *per se*, quia per accidens una potest esse alteri contraria: ut, *superficies alba nigræ.*

Arist. Ibid. 2. Οὐ δοκεῖ τὸ πόσον ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον.

Non videtur Quantum suscipere magis & minus; id est, concreta Quantitatum non prædicantur cum adverbiis magis & minus: ut, *unum bicubitum non dicitur alio magis vel minus bicubitum.*

Q. Quomodo vera est hæc proprietas, cùm una linea dicatur magis longa, quàm altera? R. Hanc proprietatem non convenire quantitati indeterminatæ, id est, generali nomine expressæ, qualia nomina sunt, *longum*, *latum*, &c. sed tantùm quantitati determinatæ, id est, speciali nomine expressæ; qualia sunt, *bicubitum*, *tricubitum*, &c. Hæ duæ proprietates non conveniunt soli Quantitati; ut ex præcedentibus constat.

Arist. ib. 3. Ἴδιον μάλιστα τοῦ πόσου, τὸ ἴσον τε καὶ ἄνισον λέγεσθαι.

Maximè proprium Quanti est æquale & inæquale dici. Ratio est, quia solæ quantitates dicuntur per se, id est, ratione sui æquales vel inæquales; alia vero dicuntur æqualia vel inæqualita ratione ipsarum quantitatum: Verbi gratia; *quantitas pedalis est per se æqualis alteri quantitati pedali; lignum vero pedale est æquale alteri ligno pedali ratione quantitatis, quam habet.*

ARTICULUS III.

Proprietates Qualitatis.

Arist. l. categ. c. 8. 1 ὑπάρχει ἐναντιότης κατὰ τὸ ποιόν.

QUalitati inest Contrarietas. Id est, una qualitas est alteri contraria per se: ut, *albedo nigredini, virtus vitio.*

Convenit hæc proprietas soli qualitati (omnia enim alia, quæ aliquo modo dicuntur contraria, sunt talia ratione qualitatum; ut *album* dicitur *nigro* contrarium, quia *albedo* est contraria *nigredini*; sic *ignis aquæ*, quia illius *calor* hujus *frigori* contrariatur:) sed non omni, maximè secundæ & quartæ speciei; ut nec aliquibus primæ & tertiæ; ut *habitui cytharizandi, luci, mediis coloribus*, &c. quibus nihil contrariè, sed suæ tantum privationes opponuntur.

Arist. Ibid. 2 ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον τὰ ποιά.

Qualia suscipiunt magis & minus; Id est, concreta

Not. Hos Gradus non perficere Quali:
:tatis Essẽtiam, quae indivisibilis est.

concreta qualitatis prædicari possunt cum adverbiis magis & minùs: ut, unum *album* dicitur *magis album*, quàm alterum. Ratio est, quia Qualitates habent Gradus Intensionis, è quibus eadem pars subjecti potest plures vel pauciores recipere: ut eadem pars aquæ potest nunc *plus caloris*, sive *plures gradus caloris* habere, & tum dicitur *Magis calida*; nunc *minùs caloris*, sive *pauciores gradus*, & dicitur *Minùs calida*. Et hoc est propriè Suscipere magis & minùs, sive, Intendi & remitti; quod non convenit omni Qualitati, ut Figuræ. Nam *Arist. ibid.* idem *Triangulum* non potest esse *nunc magis, nunc minùs Triangulum*, nec *altero magis* aut *minùs*; sed tantùm Majus aut Minus, &c.

Arist. ib. 3 Ὅμοια ἢ ἀνόμοια κατὰ μόνας τὰς ποιότητας λέγεται.

Similia aut dissimilia secundum solas qualitates dicuntur; Id est, quæcunque dicuntur similia aut dissimilia, dicuntur talia ratione qualitatum suarum: ut, *duo parietes albi sunt similes ratione suarum albedinum; paries autem albus & niger sunt dissimiles ratione diversarum qualitatum.*

ARTICULUS IV.

Proprietates Relatorum.

Arist. in categ. c.7. 1. Πάντα τὰ πρός τι πρὸς ἀντιστρέφοντα λέγονται.

1 Omnia Relata dicuntur ad ea, quæ convertuntur; id est, omnia relativa referuntur ad sua correlativa; ut, *pater est filii pater*, Et *filius est patris filius*, &c. sed termini apti, id est, æquè late patentes, accipiendi sunt, ut fiat Reciprocatio, quibus si desint idonea vocabula (inquit Aristoteles) licet ὀνοματοποιεῖν, id est, nomina fingere, quibus aptè reddantur: ut *ala* & *avis*, *caput* & *animal*, non sunt correlativa; quia non omne, quod habet alas (sed fortè quod habet alas pennatas) est avis; ut *Musca*, *vespæ*, &c. nec omne animal habet caput. Ala igitur & alatum, caput & capitatum sunt correlativa & reciprocantur; ut *ala est alati ala*, *caput est capitati caput*, & è contra.

Arist. ibid. (beside "cabula … ὀνοματοποιεῖν")

Arist. ibid. 2 Δοκεῖ τὰ πρός τι ἅμα τῇ φύσει εἶναι.

2 Relata simul natura esse videntur; nimirum quatenus sunt Relata: ut *dominus & servus*, *pater & filius*, &c. qua tales; non quatenus sunt homines; quia sic sunt termini absoluti.

Quæ dicantur simul natura, & quomodo hæc proprietas explicanda sit, patet ex c. 3. hujus partis art. 2. in explicatione modorum simul.

Arist. ibid. 3. Ἐάν τις εἰδῇ τι ὡρισμένως τῶν πρός τι, κἀκεῖνο, πρὸς ὃ λέγεται, ὡρισμένως εἴσεται.

Si quis unum Relatorum definitè noverit, etiam id, ad quod refertur, definitè cognoscet; quia unum per alterum definitur: ut cognito,

Phi-

Convertibilitas est reciprocatio vocum in casu recto; convertentia in obliquo.

Phi
fili
and
Hi

Ari
ca

A
&
ca

no
ad
qu
il
u
fr
q
d
r
f
c
p
i
a
t
t

Philippum esse patrem, cognoſcitur, illum *habere filium*; vel cognito, *Philippum esse patrem* Alexandri, cognoſcitur, *Alexandrum esse ejus filium*. Hinc Relata ſunt ſimul cognitione.

ARTICULUS. V.

Proprietates Actionis & paſſionis.

Ariſt. in categ. c. 9. 1. Ἐπιδέχεται τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν ἐναντιότητα.

ACtio & paſſio ſuſcipiunt contrarietatem; Id eſt, Actio poteſt eſſe contraria actioni, & paſſio paſſioni: v. g. Contrariantur inter ſe *calefacere & frigefacere*, *calefieri & frigefieri*.

Nota, ſecundùm communem explicationem, non niſi per accidens contrarietatem convenire actioni & paſſioni, ſcilicet ratione Termini ad quem, ſive contrariarum qualitatum, quæ per illas producuntur, & in ſubjecto recipiuntur; ut, *calefactioni & frigefactioni*, ratione caloris & frigoris; & ideo tunc tantum ſunt contrariæ, quando Termini ſive qualitates per illas productæ contrariæ ſunt (Itaque generare, figurare, &c. non habent contrarium; quia ſubſtantia & figura, quæ ſunt illarum termini, contrarium non habent) abſolutè tamen hæc proprietas illis tribuitur, quia illa contrarietas ipſarum nomine exprimitur, quando quidem ab illis qualitatibns contrariis nomen ſortiuntur, ut patet ex nominibus calefactionis & frigefactionis. Quæ ratio dialectico ſufficiat, quamvis

quamvis non desint aliæ graviores ab ipsa rei natura petitæ.

Arist. 2. Ἐπιδέχεται καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον,
ibid. τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν.

Actio & passio suscipiunt magis & minùs; Id est, Concreta actionis & passionis quædam possunt prædicari cum adverbiis magis & minùs: ut, *unum agens dicitur magis agere, calefacere, frigefacere; & unum patiens magis pati, calefieri, frigefieri &c. quàm aliud.*

Idem de hac proprietate, quod de priore intelligendum est, sc. Quòd convenit Actioni & Passioni ratione Terminorum, ut Calefaciens ideo dicitur *magis calefacere*, quia passum *magis calidum* efficit, *majorem* producendo *calorem.*

Itaque neutra harum proprietatum omnibus Actionibus aut passionibus convenit; sed iis tantùm, quarum Termini sunt contrarii, & intensionem ac remissionem recipiunt.

Cæteris prædicamentis nullas assignavit proprietates Aristoteles; non quia nullæ assignari possint, sed quia faciliores sunt, & minoris momenti.

PARS

H
dur
In
va
enc
ex

P

(
ij
b

(

PARS SECUNDA.

De Enunciatione.

HActenus de simplicibus Terminis actum est, nunc de Enunciatione, quæ ex illis componitur, agendum. Dividetur hæc pars etiam in tres tractatus. In primo agetur de structura ipsius Enunciationis, varietate, proprietatibus. Secundus tradet definiendi dividendique rationem. Tertius suppositionem explicabit.

PARTIS SECUNDÆ TRACTATUS PRIMUS.

De Enunciationis structura, varietate, proprietatibus.

COmplectetur hic tractatus tria capita. In 1. agetur de partibus enunciationis. In 2. de ipsa enunciatione, ejusque varietate. In 3. de quibusdam enunciationis proprietatibus.

CAPUT I.

De partibus Enunciationis.

OMnis enunciatio constat nomine & verbo. De his ergo duobus hoc capite agetur.

ARTI-

ARTICULUS I.

De Nomine.

Nominis ab Aristotele hæc proponitur definitio.

Arist. de interp. c. 2. ὄνομά ἐστι φωνὴ σημαντικὴ κατὰ συνθήκην, ἄνευ χρόνου, ἧς μηδὲν μέρος ἐστὶ σημαντικὸν κεχωρισμένον.

Nomen est vox significativa ex instituto, sine tempore, cujus nulla pars significat separata: ut, *homo*, *candor*, &c.

Q. 1. Quid est Significare ex instituto? R. Est Significare ex impositione libera, & non naturaliter: ut quòd vox *canis* significet *animal latrans*, potiùs quàm aliud quid, est ex mera hominum voluntate & institutione, qui illam imprimis sic usurpare conspirarunt.

Per hanc partem distinguitur nomen (in Logicâ) tum à vocibus inarticulatis, id est, quæ literis & syllabis non constant, ita ut scribi non possint; ut *boatus*, *hinnitus*, *fletus*, *visus*, &c. (si pro sonis ab ore animalium editis, hisque dictionibus significatis; non pro ipsis dictionibus quibus significantur, quæ sunt voces articulatæ, sumantur:) hæ enim significant affectus naturaliter; tum ab iis etiam articulatis, (id est, quæ literis & syllabis, tanquam articulis, constant, atque scribi possunt) quæ, aut nihil significant, ut *blistri*, *flostrus*, *nidro*, &c. aut res conceptas, sed naturaliter: ut *Tantara* צץ בקבוק &c. Reliquæ enim omnes significant,

Vox est sonus ex ore animantis
editus, certis quibusdam instrumentis
formatus, et est signum Rei vel
conceptuum.

can
pro
den
ſa,
pra
nat

R,
pr
E
pr
te

tr

N
qu

ca
pr
di
e
ſu
ci
io
p
c
a
r
n
p

cant, prout ad significandum sunt impositæ; proindeque & ad placitum; ut patet, quia eadem vox in diversis linguis, quandoque diversa, quandoque idem, nonnunquam & nihil, præterquam in una, significat; cum ea quæ sunt naturalia semper & apud omnes sint eadem.

Q. 2. Quid est Significare sine tempore? R. Est præter principale significatum nullam primariam temporis differentiam denotare. E contra, Significare cum tempore est, præter principale significatum aliquam primariam temporis differentiam denotare.

Primariæ autem temporis differentiæ sunt tres, præteritum, præsens, futurum.

Per hanc ergo partem excluditur verbum. Nam *amo*, v. g. præter principale significatum, quod est *amor*, denotat tempus præsens.

Ista nomina, *hora*, *dies*, *mensis*; &c. significant quidem principaliter tempus; sed præter principale significatum non denotant ullam differentiam temporis; ut nec *hesternum*, *hodiernum*, *crastinum*, &c. & adverbia, unde derivata sunt; ut *heri*, *hodie*, *cras*, &c. quæ quidem principaliter significant differentiam temporis: ideoque significant sine tempore. Hæc verò, *prandium*, *cœna*, &c. præter priincipale significatum, quod est refectio corporis, denotant aliquod tempus, nempe meridiem aut vesperam; non tamen denotant primariam determinati temporis differentiam, scilicet præsens, præteritum aut futurum; & sic etiam signifi-

cant

cant ſine tempore, ac implicare vel indicare, non Conſignificare tempus dicuntur.

Q. 3. Quare dicitur, cujus nulla pars ſignificat ſeparata? R. Ut excludatur *oratio*; ut, *homo albus*; quia ejus aliqua pars ſeorſim & per ſe aliquid ſignificat. Non tamen excluditur nomen compoſitum; ut, *dominus reſpublica, juſiurandum*, &c. quia licet ejus partes aliquid per ſe ſingulæ ſignificent, ſi ſumantur, ut integræ dictiones; nihil tamen ſeparatim ſignificant, ſi ſumantur ut partes unius dictionis compoſitæ; ſed ſunt inſtar ſyllabæ, quæ propriam ſignificationem non habet; nec ſeparatæ idem planè ſignificant, quod conjunctæ.

Ariſt. ibid. Addendæ ſunt huic definitioni ex Ariſtotelis mente duæ particulæ, nempe, FINITA & RECTA, ut ſic reddatur integra definitio.

Nomen eſt vox ſignificativa ex inſtituto, ſine tempore, finita & recta, cujus nulla pars ſignificat Separata.

Vox finita eſt, cui nulla præfigitur negatio: ut, *homo*. Dicitur *Finita* quia certam & definitam habet ſignificationem, nulli alii convenientem.

Vox infinita eſt, cui præfigitur negatio, id eſt, particula negativa, *non*: ut, *non homo*; Dicitur *Infinita* quia habet indefinitam & indeterminatam ſignificationem, cuilibet alii ab homine, ſive Enti, ſive non Enti, competentem; ut *Equo, leoni, bovi, chimeræ*, &c. quæ ſunt Non

homines.

Ho
rej
ca

(
in
ol
ba
ſu
ſo
be
v.

Homines. Tales voces à definitione Nominis rejiciuntur; quod nihil determinatè significant.

Vox recta dicitur, quæ est nominativi casus (vel indicativi modi & presentis temporis, in verbis.) Excluduntur per hanc partem casus obliqui (qui vocantur Casus nominum) ut, *hominis*, *homini*, &c. quia cum verbo non possunt absolvere enunciationem; (cuius gratia solùm de nomine & verbo hîc tractatur) ut *hominis est*. Nihil enim veri vel falsi significat; vide definitionem enunciationis cap. 2. art. 2.

ARTICULUS II.

De verbo.

Arist. l. de Int. c. 3.

Ῥῆμά ἐστι τὸ προσσημαῖνον χρόνον, οὗ μέρος οὐδὲν σημαίνει χωρίς, καὶ ἔστιν ἀεὶ τῶν καθ' ἑτέρου λεγομένων σημεῖον.

VErbum est quod consignificat tempus, cujus nulla pars significat separatim, estque semper nota eorum, quæ de alio dicuntur: ut, *amo*, *habeo*, &c.

Ex definitione nominis hîc supplendum, Vox significativa ex instituto.

Consignificare *tempus* est significare rem prout in tempore factam, seu significare cum tempore, quod superiori articulo explicatum est. Per hanc partem excluditur Nomen, quod tempus non connotat, seu adsignificat v. ib.

Verbum esse semper notam eorum, quæ de alio dicuntur,

itur, est verbum semper denotare aliquid subjecto attribui, seu esse prædicatum, quando in enunciatione significativè ponitur. Dico, quando significativè, id est, pro significato ponitur: quia quando non ponitur pro significato, sed pro ipsamet voce, potest esse subjectum: ut, cum dico, *amo est verbum*.

Distinguunt autem hîc Dialectici duplex prædicatum; unum formale, quod est ipsa Copula; alterum materiale, id scilicet, quod mediante copula dicitur de subjecto: ut hîc, *homo est animal*, prædicatũ materiale est, *animal*, formale, verbum *est*. Cum ergo dicitur verbum esse prædicatum, intelligitur vel formale tantum; ut ibi, *homo est animal*; vel formale & materiale simul; ut hîc, *Joannes ambulat*.

Addendæ sunt etiam huic definitioni ex Aristotelis mente duæ illæ particulæ, Vox FINITA & RECTA. Ut sic reddatur integra definitio.

Verbum est vox significativa ex instituto, cum tempore, finita & recta, cujus nulla pars significat separata, estque semper nota eorum, quæ de alio dicuntur. Unde excluduntur verba infinita, ut, *non valet*, *non currit*: vid. art. præc. de voce infinita: Item casus obliqui verborum, id est, verba alterius modi quam indicativi, vel alterius temporis quam præsentis, quæ vocantur simpliciter Casus verborum. Ratio est; partim quia cum nomine non faciunt enunciationem, ut verba infinitivi modi;

Verbum potest esse Subtu aut
Prædicatū materiale in Propositione,
sed non ratione sui; sed nominis;
ut amo est verbum.

mo
ver
nis
par
po
pra
les
ver

I
4.

D

A
in

(
&
b

a

n

modi; v. g. *Socratem disputare*, non significat verum aut falsum (*vid. definitionem Enunciationis* cap. 2. art. 2. & *quæ fine art. præc. dicta sunt*) partim quia veritas enunciationis, quam componunt, pendet à veritate enunciationis de præsenti; ut hæc enunciatio vera est, *Aristoteles audivit Platonem*, quia hæc aliquando fuit vera, *Aristoteles audit Platonem.*

C A P U T II.

De ipsa Enunciatione ejusque veritate.

IN *hoc capite quatuor declarabuntur* : 1. *quid sit oratio*, 2. *quæ illius species*, 3. *quid enunciatio.* 4. *quas habeat species.*

ARTICULUS I.

De Oratione, duabus ejus speciebus, imperfecta & perfecta, & hac multiplici.

Arist. l. de interp. c. 4. λόγος δέ ἐστι φωνὴ σημαντικὴ κατὰ συνθήκην, ἧς τῶν μερῶν τι σημαντικόν ἐστι κεχωρισμένον, ὡς φάσις, ἀλλ᾽ οὐχ ὡς κατάφασις ἢ ἀπόφασις.

complexa

ORatio est vox significativa ex instituto, cujus aliqua pars separata significat ut dictio; sed non ut affirmatio vel negatio: ut, *homo albus*; *homo est animal.*

Significare ut dictio, est significare fine vero aut falso : ut, *homo.*

Significare ut affirmatio vel negatio, est significare cum vero aut falso : ut, *homo est animal.*

Adver-

Adverte quod dicatur, cujus aliqua pars significat ut dictio, non vero omnis; quia alioquin excluderetur enunciatio composita: verbi gratia, *homo est rationalis & brutum est irrationale*, cujus aliqua pars significat ut affirmatio, scilicet, *homo est rationalis*, & sic non omnis ejus pars significat, ut dictio; verum est interim, quod aliqua etiam illius pars significet ut dictio, nempe, *homo, rationalis*, &c. Tantùm ergo ostenditur ad orationem requiri, ut aliqua ejus pars significet saltem ut dictio; & licet nulla significaret ut affirmatio vel negatio nihilominus adhuc fore orationem; his solùm observatis (1) ut partes illæ seu voces non siut impositæ ad significandum unicam omnino rem; ut *Alexander magnus*, prout accipitur pro filio Philippi Macedoniæ Regis; *Summus Pontifex*, pro Papa. Ratio est, quia tunc non possunt seorsim significare idem, quod significant ut partes; quod ad orationem requiritur. (2) ut partes illæ habeant inter se connexionem aliquam constructionis aut significationis; unde *homo lapis*, non est oratio.

Orationum alia est imperfecta, alia perfecta.

Oratio imperfecta est, quæ gignit imperfectum sensum in animo audientis: ut, *homo albus*.

Oratio perfecta est, quæ gignit perfectum sensum in animo audientis; ut, *homo est animal*.

Perfecta dividitur in enunciativam & non enunciativam.

Oratio

C
nec
I
van
ut,
Ma
nos
Ari
Int
tiv

H
Ar
Int

fu
eft

fig
&
H

fi
ne
la

Oratio Perfecta non Enunciativa est, in qua nec est verum, nec falsum : ut, *Sis felix*.

Dividitur in quinque species; Interrogativam : ut, *Est aliquid, quo tendis ?* Vocativam : ut, *Huc ades, ô Melibœe.* Imperativam : ut, *Maturate fugam.* Deprecativam : ut, *Aspice nos.* Optativam : ut, *Utinam philosophus evadam.*

Arist. l. de Interp. c. 4. Hæ ad Rhetoricam vel Poeticam propriè pertinent : sola Enunciativa est hujus loci.

ARTICULUS. II.

De Enunciatione, ejusque prima divisione in Simplicem & Compositam.

ENnunciatio est oratio, in qua unum alteri attribuitur ; *vel juxta Aristotelem.*

Arist. l. de Int. c. 4. Ἀπόφανσίς ἐστι λόγος, ἐν ᾧ τὸ ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι ὑπάρχει.

Enunciatio est Oratio, quæ verum vel falsum significat : ut, *Homo est rationalis. Homo non est rationalis.*

Verum significat, quæ est conformis rei significatæ ; *sive*, quæ dicit id, quod est, esse ; & quod non est, non esse : ut, *Homo est animal. Homo non est lapis. Et dicitur* Enunciatio vera.

Falsum, quæ est difformis rei significatæ ; *sive*, quæ dicit id, quod est, non esse ; & quod non est, esse : ut, *Homo non est animal. Homo est lapis. Et dicitur* Enunciatio falsa.

Adverte propositionem de qua dictum est part. 1. tract.

tract. 1. c. 1. a. 1.) *eandem esse, ac enunciationem simplicem; cum eo discrimine, quod ibidem in annotatione indicatum est: & ideo, quæ de propositionis partibus ibi dicta sunt, enunciationi debent accommodari.*

Adverte præterea Prædicationem (de qua etiam dictum est, part. 1. tr. 1. c. 2.) eandem esse, ac enunciationem simplicem affirmativam. Unde quæ de prædicationis varietate ibi dicuntur, etiam ad enunciationem transferri possunt. Tantùm ergo illic omissa hìc proponentur.

Veritas & Falsitas enunciationis pendet ex habitudine vel connexione partium, quæ dicitur ejus *Materia*, estque triplex.

1 Necessaria seu naturalis, quæ non potest aliter esse: ut in hac, *Homo est animal.*

2 Impossibilis, quæ non potest ita esse: ut, *Homo est lapis.*

3 Contingens, quæ potest ita esse vel non esse: ut, *Homo est doctus. vid. p. 1. tr. 1. c. 2. a. 4.*

Enunciatio (*absolutè considerata, prout non restringitur ad certam materiam*) dividitur trifariam, sc: secundùm essentiam seu *Substantiam, Qualitatem,* & *Quantitatem*: quibus triplex aptatur quæstio, *Quæ? Qualis? Quanta?* hoc versiculo comprehensa.

Quæ? Ca: vel Hyp. *Qualis?* Ne: vel Aff. Un: *Quanta?* Par: Ind: Sing: Nam

1 Quoad *Substantiam* Enunciatio dividitur in Simplicem & Compositam, sive Categoricam & Hypotheticam.

Arist.

× Materia circa quam, non ex quâ.

Ejus materia im̃ediata sunt Ter:mini simplices, forma, unio Termi:norũ per verbum. In Propos. Hypothe:ticâ Materia im̃ediata sunt Propo:sitiones Categoricæ, Forma, unio propositionũ per Conjunctionem.

Modus est Determinatio Propositionis.

x Exponibiliũ Species præcipuæ sunt: Exclusivæ, Exceptivæ, Redu:plicativæ. Exclusivæ sunt in quis reperitur particula excludens.

Exceptivæ in quis reperitur Par:ticula Exceptiva.

Reduplicativæ in quis reperitur Particula reduplicans.

Arist. l. de Int. c. 5. §. 5. Ἀπόφανσις ἁπλῆ ἐστὶ ἢ τὶ κατά τινος ἢ τὶ ἀπὸ τινος [ἀποφαίνεται.]

Enunciatio Simplex est, quæ aliquid de aliquo vel aliquid ab aliquo *enunciat*; id est, quæ unum prædicatum de uno Subjecto affirmat vel negat; sive quæ constat uno prædicato & uno subjecto, tanquam præcipuis partibus: ut, *Homo est animal. Homo non est lapis.*

Enunciatio simplex est Pura vel Modalis.

Enunciatio Pura est, in quâ prædicatum purè affirmatur vel negatur de subjecto; id est, simplicitur dicitur inesse aut non inesse, modo ejus non expresso; unde & *Propositio de inesse* appellatur: ut, *Homo est animal.*

Enunciatio Modalis est, in quâ Modus convenientiæ prædicati cùm subjecto exprimitur: ut, *Necesse est hominem esse animal.* Modi hi sunt quatuor, sc: *Necesse, Impossibile, Contingens & Possibile*, qui quadruplicem constituunt Propositionem Modalem; in quibus *Modus* est prædicatum; reliqua pars (*Dictum* appellata) est Subjectum: ut, *Hominem esse animal est necesse. Hominem esse lapidem est impossibile. Fodientem agrum invenire thesaurum est contingens. Petrum esse doctum est possibile.*

Huc revocantur propositiones Exponibiles, *nempe* 1. Exclusiva, *sive ex parte subjecti*; *ut*, Solus probus est sapiens; *& dicitur* Exclusiva de Subjecto. *Sive ex parte prædicati*: *ut*, Elementa sunt tantùm quatuor, *& dicitur* Exclusiva de Prædicato. *Sive ex parte utriusque*, *ut*, Sola

species prædicatur tantùm de differentibus numero. 2. Exceptiva, *similiter vel ex parte Subjecti*; *ut*, Omne animal, præter hominem, est irrationale: *vel ex parte Prædicati*; *ut*, Diluvium absorpsit omnes homines, præter Noachum cum familiâ suâ. 3. Restrictiva seu Reduplicativa, *sive uniformis sit Reduplicatio & secundum idem nomen, quæ* Specificativa *dicitur*; *ut*, Homo, quà homo, est rationalis: *sive Difformis & secundum diversa, quæ simplicitur dicitur* Reduplicativa; *ut*, Homo, quà animal, sentit.

Enunciatio Composita est, quæ constat ex pluribus Enunciationibus inter se copulatis. Hypothetica *dicitur à præcipua ejus specie*. Nam

Triplex est Enunciatio Composita, sc: Conditionalis (*sive Hypothetica*) Copulativa & Disjunctiva.

Enunciatio Conditionalis (*seu Hypothetica*) est, cujus partes connectuntur conjunctione aliquâ conditionali; ut, *Si Socrates est homo, est animal:* quarum prior vocatur Antecedens; ut, *Si Socrates est homo*; posterior, Consequens; ut, *Est animal.* In harum nexu (ut una ex alia sequatur) consistit *Veritas* hujus Enunciationis; non in veritate alterius vel utriusque partis. *Unde*, Si Socrates est lapis, est insensibilis, *vera est, ob necessariam Consequentis ex antecedente Consecutionem, licet utraque pars sit falsa*; *Hinc Axioma*, Conditionalis propositio nihil ponit in esse. *Hæc verò*, Si Socrates est homo,

est
ſit
den
tur

ut,
ren
ſuſ
qu

co
ut
N
Pe
je
id
ju
ph
de
ſu
q
I
e
n
p
b
t

eſt philoſophus, *eſt falſa, licet utraque pars ſit vera; quia nulla datur connexio inter Antecedentem & Conſequentem, ita ut hæc ex illa ſequatur ſeu inferatur.*

Huc pertinet propoſitio Cauſalis *ſeu Rationalis, ut,* Quia ſol lucet, dies eſt: *cùm hâc ſolâ differentiâ, quòd in Cauſali Antecedens & verum eſſe ſupponatur, & eſſe cauſa, cur Conſequens ſit verum; quorum neutrum ad Conditionalem requiritur.*

Enunciatio Copulativa eſt, cujus partes connectuntur conjuctione aliquâ copulativâ: ut, *Homo eſt rationalis & brutum eſt irrationale. Nec brutum eſt nobilius homine, nec homo angelo.* Poſſunt verò partes ejus habere, vel idem Subjectum; ut, *Socrates eſt philoſophus & juſtus*; vel idem Prædicatum; ut, *Socrates & Ariſtides ſunt juſti*; vel utrumque diverſum; ut, *Socrates eſt philoſophus & Ariſtides eſt juſtus.* Eſtque tum demum *vera*, cùm omnes ejus partes veræ ſunt; *ut in præcedentibus patet*: *falſa*, cùm aliqua pars eſt falſa, licet reliquæ ſint veræ; ut, *Homo eſt animal & rationalis & volatilis.* Ratio eſt, quia omnes partes per Copulativam ſimul aſtruuntur. *Etſi talis Enunciatio à nonnullis pro* Mixtâ, *partim ſc: verâ, partim falſâ, habeatur; & illa ſola pro* falsâ, *cujus omnes partes falſæ ſunt.*

Huc referri poteſt propoſitio Adverſativa *ſeu diſcretiva; ut,* Quamvis Deus eſt miſericors, eſt tamen juſtus. *Nam reſolvitur in hanc,* Deus eſt miſericors & eſt juſtus. *Item* Relativa

seu comparativa, tum Rei; ut, Socrates tam doctus est, quàm Plato, *huic æquivalens*, Socrates & Plato sunt æquè docti; *tum Loci; ut*, ubi Socrates legit, Plato disputat; *tum Temporis; ut*, Dum Socrates legit, Plato disputat, *hoc est*, Eodem loco vel tempore & Socrates legit & Plato disputat, *aut*, Socrates legit & Plato disputat simul.

Enunciatio Disjunctiva est cujus partes connectuntur conjunctione aliquâ disjunctiva; ut, *Aut dies est, aut nox est*. Ut vera sit *Disjunctio*, partes ejus debent esse immediatè oppositæ. *Nam si non sint* oppositæ, *erit nugatoria, vel potiùs nulla: ut*, Socrates est aut homo aut animal; *est enim utrumque*. *Et si non sint* immediatè oppositæ *erit falsa*: *ut*, Aut pax est, aut bellum; *nam possunt esse* Induciæ. *Unde* Enunciatio Disjunctiva est *vera*, cujus aliqua pars est vera: *falsa*, cujus omnes sunt falsæ.

Nota. Enunciationes *Hypotheticæ* Modificari possunt: ut, *necesse est, ut si homo sit animal, sit vivens. Necesse est hominem esse rationalem aut irrationalem. Necesse est hominem esse animal & esse rationalem*. Et sic de cæteris modis in aliis materiis.

ARTICULUS. III.

De Enunciatione affirmativâ & negativâ; deque universali, particulari, indefinitâ & Singulari.

Quoad

Not. Veritas et Falsitas sunt in
Re tanquam in Causâ et fundamen:
:to, in Intellectu tanquā in Subiecto, in
Propositione tanquā in signo.

2. QUoad *Qualitatem* Enunciatio dividitur in Affirmativam & Negativam (*quæ est essentialis qualitas; & secundùm aliquos in* veram & falsam, *quæ est accidentalis; de quibus antè, & mox plura.*)

Arist. de Interp. c.6. Κατάφασίς ἐστι ἀπόφανσις τινὸς κατὰ τινός. Affirmatio est Enunciatio alicujus de aliquo; id est, in qua prædicatum affirmatur de subjecto: ut, *Aristoteles est Philosophus.*

Arist. ibid. Ἀπόφασίς ἐστι ἀπόφανσις τινὸς ἀπὸ τινός. Negatio est Enunciatio alicujus ab aliquo; id est, in quâ prædicatum removetur à Subjecto: ut, *Vitium non est amandum.*

Utraque est Finita vel Infinita.

Enunciatio Finita est, quæ constat subjecto & prædicato finitis: ut, *Virtus est maximè appetenda.*

Enunciatio Infinita est, quæ constat subjecto vel prædicato vel utroq; infinitis. Subjecto: ut, *Non Ens excluditur à prædicamentis.* Prædicato: ut, *Socrates fuit non avarus.* Utroque: ut, *Non animal est non homo.*

Quid sit vox finita & Infinita, vide supra c.1.a.1.

Q. Quando est Enunciatio *Negativa*, & quando *Infinita?* R. Si particula negandi *Non* in signo quantitatis aut in Modo includatur, eisve atque adeo toti orationi, aut principali copulæ (verbove adjectivo vim copulæ habenti) immediatè præponatur, Enunciatio tam simplex quàm composita, pura & Modalis, *negativa* erit: *nisi per negationum numerum*

adsit, qui censetur affirmare (nam impares semper negant ;) aut ipsa negatio vicem termini sustineat in Enunciatione ; ut in his , Non est terminus syncategorematicus. Aliqua particula negativa est non, *quæ sunt affirmativæ Finitæ.* At si ponatur immediatè ante subjectum aut prædicatum, illorumve partem aliquam, erit *Infinita.*

Quæ sint signa Affirmativa & quæ Negativa dictum est part. 1. tr. 1. c. 1. a. 3.

Modi Affirmativi sunt *Necesse* & *Contingens* ; Negativi, *Impossibile* & *Possibile*. Id enim *Possibile* hîc dicitur, quod nondum est, sed potest esse.

Proinde *Negativæ* Enunciationes sunt hæ. 1. Particulâ negandi in signo modove inclusâ, Pur. ut, *Nullum vivens est lapis*. Mod. ut, *Impossibile est vivens esse lapidem* (nam æquivalet priori) Expon. ut, *Nullus homo est tantùm sensitivus. Nullum animal, præter hominem, est rationale. Nullus homo, quantùm ad animam, est mortalis.* Hyp. ut, *Nullus angelus est aut albus aut niger. Nullum brutum est irrationale & risibile.* 2. aut eis præpositâ, adeoque toti orationi : ut, *Non omnis homo est sapiens* (huic enim æquivalet, *Aliquis homo non est sapiens*, quæ ad tertium membrum pertinet. Sicut *Nullus* in prioribus resolvi potest in *Non ullus*, & ad hoc reduci; & sic) *Non possibile est hominem esse lapidem* (i.e. *Impossibile est*) &c. *Non solus homo est animal. Non aliquod animal præter hominem est rationale*

(i. e.

(
pi
N
da
sti
ut
æ
co
cr
an
vi
ti
Pa
bo
ne
q
re
g
le

Q
ti
H
st
in
li
h
d
t
fe
m

(i.e. *Nullum*) &c. *Non si Socrates est homo est Sapiens. Non omne animal est aut volatile aut reptile. Non aut pax est aut bellum. Non omnis homo est & doctus & probus. Non & Socrates est justus, & Aristides est philosophus.* 3. Aut principali copulæ: ut, *Homo non est lapis. Quod est factum non est æternum. Hominem esse doctum non est necesse. Sola corpora cælestia non sunt corruptibilia*, &c. *Si Socrates est probus, non est vitiis deditus. Petrus non est aut sapiens aut stultus*, &c. verbove adjectivo vim copulæ habenti; ut, *Bruta non valent ratione. Brutum esse rationale non contingit*, &c. *Plato non disputat & ambulat*, &c. At hæc, *Nullus homo non est rationalis*, propter duas negationes, quarum prior negat posteriorem, adeoque eam tollit, censetur *Affirmativa*: hæc verò, *Nonnullus homo non est doctus*, ob imparem negationum numerum, est *Negativa*, huic æquivalens, *Aliquis homo non est doctus.*


Infinitæ sunt hæ; 1. Ex parte subjecti; *Quidam non doctus est justus. Omne animal non rationale est bestia. Quod non est factum est æternum. Hominem non esse lapidem est necesse* (nam constat subjecto, nempe Dicto, negativo seu infinito; ac proinde formaliter, & ut modalis, est *Infinita*: vulgò tamen pro *Negativa* habetur, quia talis est virtualiter, & quoad dictum, quod est præcipuum in Enunciatione. *Similiter & hæ; Non tantum homo est sensitivus. Omne animal, non præter hominem, est mortale. Socrates, non quatenus philosophus, legit*: licet

Licet quoad formam totius videantur esse *infinitæ*; tamen quia formaliter negant & excludunt restrictionem seu limitationem, quæ in talibus Enunciationibus præcipuè attenditur, easque constituunt ac denominant, *negativæ* exponibiles esse censentur) *Si numerus non est par, est impar;* Nam resolvitur in hanc, *Numerus non par est impar* (sicut è Contra hæc, *Si numerus est par, non est impar*, est *negativa*, quia in hanc negativam resolvitur, *numerus par non est impar*) *Aliquis homo non doctus est aut musicus aut non musicus, est & pius & sobrius,* &c. 2. ex parte prædicati. *Ulysses erat non formosus. Æneas potuit non vincere Turnum. Hominem esse doctum est non necesse, &c. Si nix est alba est non nigra. Socrates est aut non ebriosus aut non probus*; item, *& non ebriosus & non libidinosus.*

In materiâ *Necessariâ* enunciationes affirmativæ sunt semper *veræ*, negativæ *falsæ*; in *Impossibili* è contra; (*exceptis modalibus* Contingenti & Possibili, *quæ utrobique sunt falsæ*:) at in *Contingenti* tam affirmativæ quàm negativæ *veræ* vel *falsæ* esse possint; (*præter* Necessariam & Impossibilem, *quæ semper sunt falsæ; dummodò affirmatio & negatio in his & in prioribus penes nudum modum æstimetur. Quod ex sensu & significatione Modorum, non ex illorum qualitate oritur.*)

3. Quo ad *Quantitatem* Enunciatio dividitur in Universalem, Particularem, Indefinitam & Singularem.

Arist.



Vel cujus Subjectum est Terminus Commu:
:nis cum signo Universali. Terminus
communis est vox apta prædicari de
pluribus.

Terminus distribuitur cum potest
accipi pro omnibus suis Inferioribus,
et tum distribuitur in singula generum.
Distribuitur in Genera singulorum cum
non pro singulis Individuis, sed pro singulis
Individuorum generibus seu ordinibus accipitur.
Terminus sumitur Collective, cum
accipitur pro omnibus Inferioribus
collective non seorsim.

Vel cujus Subjectum est Terminus Communis
cum signo particulari.

Arist. l. 1. prior. c. 1. καθόλου ἐστὶ τὸ παντὶ ἢ μηδενὶ ὑπάρχειν [σημαῖνον.] Enunciatio universalis est, quæ omni aut nulli inesse *aliquid significat*; id est, cujus subjecto præfigitur signum universale, vel prædicatum est modus universalis: ut, *Omnis homo est disciplinæ capax. Nullus homo est irrationalis. Omne animal præter hominem est irrationale. &c. Lapidem esse inanimatum est necesse. Lapidem esse sensitivum est impossibile.*

Quæ sint signa universalia & quæ Particularia, dictum est, p. 1. tr. 1. c. 1. a. 3.

Modi universales sunt *Necesse & Impossibile*: Particulares, *Contingens & Possibile*. Hi denotant quantitatem temporis: signa verò quantitatem numeri.

Nota. Signa universalitatis, ut, omnis, cuncti, universi, &c. *quando sumuntur* distributivè in Singula generum, *faciunt Enunciationem perfectè* Universalem; *secundariò etiam & minùs perfectè, cùm* distributivè in Genera singulorum, *vel etiam* cum Limitatione, *ut in Exceptivis. At cùm sumuntur* Collectivè; *ut,* Omnia Elementa sunt quatuor; *Enunciationem faciunt vel* Indefinitam *vel* Singularem. *Cujus ratio est, quia ibi sunt signa seu termini Syncategorematici; hîc verò pars subjecti. Vide* tr. 3. c. 2. a. 1. et. 2.

Arist. ibid. Ἐν μέρει ἐστὶ τὸ τινὶ, ἢ μὴ τινὶ, ἢ μὴ παντὶ ὑπάρχειν [σημαῖνον.] Enunciatio Particularis est, quæ alicui, aut non alicui, aut non omni inesse *aliquid significat*; id est, cujus subjecto præfigitur signum particulare, aut prædicatum

prædicatum est Modus particularis; ut, *Aliquod animal est rationale. Aliquis homo non est doctus. Aliquod animal præter hominem est bipes,* &c. *Hominem esse doctum est contingens vel possibile.*

Illa particula, non alicui, *invertenda est, quasi dictum esset,* alicui non. *Nam* non alicui *æquivalet* nulli (*ut infra dicetur, c. 3. a. 3.*) *Et sic designaretur Enunciatio universalis, non particularis: Illud ergo membrum sensu idem est cum sequenti,* non omni. *Quibus tamen indigitâsse videtur Arist*: Enunciationem particularem esse, quæ alicui vel aliquibus inesse aut non inesse aliquid significat.

Nota. Aliqua signa particularia efficiunt Enunciationes, etsi non Universales, proximas tamen Universalibus: ut, Plerique divites sunt avari.

Arist. Ἀδιόριστον δὲ, τὸ ὑπάρχειν ἢ μὴ ὑπάρχειν, ἄνευ
ibid. τοῦ καθόλου ἢ κατὰ μέρος [σημαῖνον.]

Enunciatio Indefinita est, quæ inesse aut non inesse aliquid, sine universali particularive *notâ significat*; id est, cujus subjecto communi nullum signum præfigitur; ut, *Homo est doctus. Arbor est bona aut mala,* &c. *Subjecto communi sc: personaliter sumpto; alias Enunciatio non erit Indefinita, sed Singularis. Vide tract. 3. c. 1. a. 1. 2. 3. Dicitur autem* Indefinita, *non quòd nullam definitam quantitatem in se habeat; sed quoniam nullo signo illa definitur: ideoque de se indifferens est ad Universalem & Particularem, & ex materia determinatur. Est enim regula;* Propositio Indefinita

Nonnullæ sunt Propositiones quæ non sunt formaliter Singulares, Singu:laribus tamen æquipollent: ut Homo est Species, Animal est Genus.

finita in materiâ contingenti æquivalet Particulari: at in necessariâ vel impossibili, universali, i. e. in necessariâ, Affirmativa Universali Affirmativæ, & in impossibili, Negativa universali Negativæ; non aliter: ut, *Homo est doctus*, i. e. *aliquis homo est doctus. Homo est animal*, *i. e. omnis homo est animal. Homo non est lapis*, *i. e. nullus homo est lapis.*

Enunciatio Singularis est, quæ constat subjecto singulari, i. e. Individuo quovis modo determinato: ut, *Petrus ambulat. Hic homo disputat. Sophronisci filius est doctus. Philosophus ita docet, &c.*

Nota. Modalium *quantitas attenditur, vel penes* Dictum, *& est ut in Puris: vel penes* Modum, *ut ante. Unde hæc*, Aliqua scandala esse est necesse, *ex parte dicti est Particularis, & ex parte modi Universalis: at*, Omnem hominem currere est contingens, *est è contra; adeoque pro* Mixtis *ab aliquibus habentur. Veriùs tamen & simpliciùs dicitur*, Omnem Modalem sequi quantitatem sui modi: *ita ut quæ modum habeat universalem sit Universalis, & Particularis quæ particularem; quicquid sit de dicto.*

Exponibiles *omnem quantitatem admittunt, ut ex prioribus Exemplis patet.*

Hypotheticæ *eandem quantitatem sortiuntur, quam* Categoricæ, *ex quibus constant. Unde* Omnis Conditionalis est virtute universalis, *sicut & Categorica, cui innititur; ut*, Si Socrates est homo, est animal, *huic universali innixa*,

Omnis

Omnis homo est animal. Copulativa & Disjunctiva *omnis quantitatis capaces sunt; ut ex antedictis constat. Hoc tamen peculiare habet* Copulativa, *ut quando subjecta partium distinctè efferuntur possit esse* Mixta; *nempe vel ex Universali & Particulari; ut*, Omnis homo currit & aliquis Leo rugit. Omnis homo & aliquod brutum sunt bipedes. Omnis homo est rationalis & aliquis homo est doctus; *vel ex Universali & Indefinitâ aut Singulari; vel ex Particulari & Indefinitâ aut Singulari; vel denique ex Indefinitâ & Singulari.*

ANNOTATIO.

O*Misimus hîc varias Enunciationis divisiones, prout ante monuimus; utpote vel nostro instituto non necessarias, vel ex dictis facile intelligendas: ut quòd sit* (1) Perspicua *vel* Obscura *seu ambigua;* Una *vel* Plures, *quia subjectum vel prædicatum vel utrumque est terminus Æquivocus (æquivocè sumptus) compositus seu Complexus aut Multiplex; ut*, Canis latrat. Socrates est homo albus. Socrates & Plato sedent & disputant. *v. quæ de termino Æquivoco diximus p.1.tr.1.c.1. a. 9. de Complexo. a.4. & de Enunciatione Copulativâ art. præc.* (2) Propria *vel* Impropria; Naturalis *vel* Non-naturalis, *sive Ordinata aut Inordinata;* Essentialis *aut* Accidentalis; Causalis *aut* Non-causalis; Identica *aut* Non-identica; Necessaria *vel* Probabilis *seu* Contingens, &c.

&
c.
di
gi
ar
ce
ef
ca
di
to
ef
ca
ef
ce
pr
ut
ve
m
ai
P
in
n
pi

p

&c. *v. quæ de Prædicatione dicta sunt, p.* 1. *tr.* 1. *c.* 2. (3) De verbo Adjectivo; *ut*, Socrates disputat: *vel* Substantivo, *cui vel nihil subjungitur, ut*, Homo est; *vel aliquid, ut*, Homo est animal. *Prior vocatur Enunciatio* secundi Adjacentis; *quia prædicatum, quod adjacet subjecto, est secundum in propositione, vel in secundo implicatur: altera dicitur* tertii Adjacentis; *quia prædicatum (quoad locum) est tertium. De quibus ulteriùs notandum, quod* Est secundi Adjacentis *non est Copula, sed Verbum includens copulam & prædicatum* Ens *seu* existens: ut, Homo est, i.e. homo est existens. *Item, quòd Enunciatio* tertii Adjacentis *infinitari possit ex parte tam subjecti, quàm* prædicati: *Enunciatio verò* secundi Adjacentis, *ut &* verbi Adjectivi, *in quâ nihil sequitur post verbum, ex parte* subjecti *tantùm*; *ut*, Non homo est aut ambulat. (*Dixi, in qua nihil &c. aliàs infinitari potest etiam ex parte* prædicati; *ut* Petrus orat non Deum.) *Si verò in his Negatio immediatè præponatur prædicato, erunt negativæ, non Infinitæ*; *ut*, Homo non est, vel non disputat.

CAPUT. III.

De quibusdam Enunciationis proprietatibus.

TRes *sunt proprietates enunciationis, Oppositio, Æquipollentia & Conversio, quæ hoc capite explicabuntur.*

ARTI-

ARTICULUS. I.

Quid & quotuplices sunt Enunciationes oppositæ?

Arist. de Interp. c. 6. Αἱ ἀποφάνσεις ἀντικείμεναι εἰσὶ κατάφασις καὶ ἀπόφασις τοῦ αὐτοῦ κατὰ τοῦ αὐτοῦ, μὴ ὁμωνύμως δέ.

ENunciationes *Oppositæ* sunt affirmatio & negatio ejusdem de eodem, & non æquivocè; id est, quæ constant eodem subjecto & prædicato non æquivocè sumpto: ut, *Omnis homo est doctus, &, Nullus homo est doctus.*

Additur, *non æquivocè*; quia si subjectum vel prædicatum sumatur in diversâ significatione, *aut diversimodè*, i. e. *non* κατὰ τὸ αὐτὸ *secundum idem*, πρὸς τὸ αὐτὸ *ad idem*, ὡσαύτως *eodem modo*, *&* ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ, *de eodem tempore* (*quæ sunt quatuor conditiones Oppositionis veræ, v. p.* 1. *tr.* 3. *c.* 3. *a.* 1.) tollitur Oppositio. Unde hæ non sunt Enunciationes oppositæ, *Canis latrat, & Canis non latrat*; si subjectum, *Canis*, jam sumatur pro cane domestico, jam pro constellatione, &c.

Enunciationes *Oppositæ* sunt triplices, *Contrariæ, Subcontrariæ, & Contradictoriæ.*

Arist. de Interp. c. 7. §. 1. Αἱ ἀποφάνσεις ἐναντίαι εἰσὶν, ὅταν καθόλου ἀποφαίνηταί τις ἐπὶ τοῦ καθόλου, ὅτι ὑπάρχει ἢ μή.

Enunciationes *Contrariæ* sunt, quando universaliter de re universali enunciat quis inesse aliquid, aut non inesse, *i. e.* sunt Oppositæ universales: ut, *Omnis homo est doctus, &, Nullus*

Oppositio est x^a Incomplexa de quâ antea, et Complexa.

Oppositio Complexa est Repugnantia duarum propositionũ in quantitate vel Qualitate solâ vel utrâq; et hujus 4 sunt Species: Contraria, Subcontraria, Contradictoria & Subalterna. Quarum Contraria & Subcontraria pugna est solius Qualitatis, Subalterna solius Quantitatis, Contradictoria utriusq;

Oppositio Contraria est Repugnantia duarũ Propos. Univ. in Quantitate.

Oppositio Subcontraria est Repugnan:
:tia duarũ Propos. partic. in Qualitate.

Oppositio Contradictoria est Repugnantia
duarũ Propos. in Quantitate et Qualitate.

Oppositia Subalterna est duarũ
Propositionũ affirmantiũ vel negan:
:tiũ Repugnantia in Qualitate.

lius homo est doctus.

Arist. ib. Αἱ ἀποφάνσεις ὑπεναντίαι εἰσὶν, ὅταν ἐπὶ τῶν καθόλου μὲν, μὴ καθόλου δὲ [ἀποφαίνηταί τις.] Enunciationes *Subcontrariæ* sunt, in quibus de universali non universaliter [*enunciat quis.*] i.e. Sunt oppositæ particulares, vel indifinitæ: ut *Aliquis homo est doctus, Aliquis homo non est doctus.* Enunciationes subcon. sunt duae propos. partic. haec affirmans, illa negans.

Arist. ib. Αἱ ἀποφάνσεις ἀντικείμεναί εἰσι, ἡ τὸ καθόλου σημαίνουσα, καὶ ἡ τὸ αὐτὸ ὅτι οὐ καθόλου. Enunciationes *Contradictoriæ* sunt, quarum altera universaliter significat de eodem. altera vero non, Id est, sunt oppositæ, quarum una est universalis, altera particularis, aut indefinita: ut, *Omnis homo est doctus, Aliquis homo non est doctus.*

Q. Sub quo membro continentur oppositæ singulares? ut, Petrus est doctus, Petrus non est doctus? R. Sub nullo membro ab Aristotle definito comprehendi; quia tantum describit oppositas constantes subjecto universali, ut patet ex definitionibus singularum Specierum. Revera tamen oppositæ singulares sunt contradictoriæ, quia ipsis convenit lex contradictoriarum, ut statim patebit.

Oppositis adjungi solent subalternæ, quæ sic definiuntur.

Subalternæ sunt duæ propositiones constantes eodem prædicato & subjecto, ejusdem qualitatis, sed diversæ quantitatis, id est, utraque est affirmativa, vel utraque negativa, sed una est universalis, altera particularis: ut, *Omnis*

 homo

homo est animal, *Aliquis homo est animal.*

Universalis dicitur *subalternans*, particularis *subalternata*. Has propositiones certum est non opponi, cum non sint affirmatio & negatio.

ARTICULUS. II.

Leges subalternarum & oppositarum.

Subalternis & singulis oppositis sua lex assignatur, ostendens quomodo adinvicem se habeant secundum veritatem & falsitatem.

Lex Subalternarum.

Ex veritate *subalternantis* sequitur veritas *subalternatæ*; non tamen ex falsitate subalternantis sequitur falsitas subalternatæ.

E contra.

Ex falsitate *subalternatæ* sequitur falsitas *subalternantis*, non tamen ex veritate subalternatæ sequitur veritas subalternantis.

Prior pars declaratur exemplo. Quia hæc est vera: *Omnis homo est animal*, hæc etiam est vera: *Aliquis homo est animal*. Non tamen ex eo quod hæc falsa sit: *Omnis homo est probus*, sequitur etiam hanc falsam esse: *Aliquis homo est probus.*

Declaratur item pars posterior. Quia hæc est falsa, *Aliquis homo est irrationalis*, hæc etiam est falsa, *Omis homo est irrationalis*. Non tamen

tamen ex eo quod hæc vera sit, *Aliquis homo est probus*, sequitur etiam hanc veram esse, *Omnis homo est probus*.

Q. Quæ est ratio hujus legis? R. Quia subalternans includit subalternatam, & aliquid amplius; ideoque plus requiritur ad ejus veritatem, quam ad veritatem subalternatæ, & minus ad falsitatem.

Lex Contrariarum.

Contrariæ non possunt esse simul veræ, possunt tamen simul esse falsæ; ut *Omnis homo est probus*; *Nullus homo est probus*.

Q. Quæ est ratio hujus legis? R. Si *contrariæ* essent simul veræ, sequeretur contradictorias esse simul veras: Nam ex veritate duarum contrariarum, quæ sunt universales, recte sequitur veritas duarum particularium, quarum affirmativa contradicit universali negativæ, & negativa affirmativæ, ut videre est in tabulis superioribus. Ex falsitate autem contrariarum non sequitur falsitas particularium, ideoque non sequitur contradictorias esse simul falsas.

Lex Subcontrariarum.

Subcontrariæ possunt esse simul veræ, non simul falsæ. Simul veræ sunt hæ: *Aliquis homo est doctus*; *Aliquis homo non est doctus*.

Q. Quæ rursum hujus legis ratio? R. Si *subcontrariæ* essent simul falsæ, contradictoriæ essent etiam simul falsæ, per legem subalterna-

rum: dum autem simul sunt veræ, non sequitur contradictorias esse simul veras, ut patet ex eadem lege.

Lex Contradictoriarum.

Contradictoriæ nec simul veræ, nec simul falsæ esse possunt.

Hujus legis nulla ratio dari potest, cum sit lumine naturæ cuivis notissima: æquivalet enim his duobus exomatibus: *Idem non potest simul esse & non esse, &, Quodlibet est vel non est.*

ARTICULUS. III.

De Æquipollentia.

ENunciationes *Æquipollentes* sunt diversæ enunciationes constantes eodem prædicato, & subjecto, sed diversis signis idem significantes: ut hæ, *Aliquis homo non est temperans; Non omnis homo est temperans.*

Possunt autem *opposita* & *subalterna* reddi sibi invicem *æquipollentes* oppositione particulæ negativæ, *non*, vel ante subjectum, vel post subjectum, vel ante & post subjectum, ut præscribitur tribus his regulis.

Prima regula æquipollentiæ.

Si Subjecto enunciationis universalis *postponatur* negatio, reddetur æquipollens suæ *Contrariæ*: ut ista, *Omnis homo est animal*; reddeur, æquipollens

Æquipollentia est duarum Propositionum oppositarum per adventum negationis reconciliatio quantitate et Qualitate tum vocis, tum Rei.

Tribus modis fit Æquipollencia pro triplici Collocatione notæ negantis Non.

quipollens suæ contrariæ hoc modo, *Omnis homo non est animal*, hæc enim æquivalet isti, *Nullus homo est animal.* Rursum ista, *Nullus homo est animal*, reddetur suæ contrariæ æquivalens, si dicas *Nullus homo non est animal.*

Secunda regula æquipollentiæ.

Si Subjecto alicujus enunciationis *præponatur* negatio, reddetur æquipollens suæ *Contradictoriæ*: ut ista, *Aliquis homo est probus*, redditur æquivalens suæ contradictoriæ, si dicas. *Non aliquis homo est probus*, quæ sensu eadem est cum hac, *Nullus homo est probus.*

Tertia regula æquipollentiæ.

Si Subjecto enunciationis *præponatur* simul & *postponatur* negatio, reddetur æquipollens suæ *Subalternæ*: ut ista, *Aliquis homo est animal*, fiet æquivalens huic, *Omnis homo est animal*, si dicatur, *Non aliquis homo non est animal.*

Leges istæ hoc versiculo vulgo comprehenduntur.

Præ contradic, post contra, præpostque subalter.

De Conversione Enunciationis *agetur p.* 3. *tr.* 2. *c.* 2. *a.* 1.

PARTIS SECUNDÆ
TRACTATUS SECUNDUS.

De Definiendi Dividendique ratione.

D*Efinitio & Divisio, si præcise sumantur, non sunt Enunciationes, sed orationes imperfectæ. Quia tamen per enunciationes tradi solent, imò sæpe nomen Definitionis ac Divisionis pro integris Enunciationibus usurpatur, ut paulo post patebit, eas enunciationi annectimus, Devidemus hanc partem in duo capita. In priori agetur de definitione, in posteriori de divisione.*

CAPUT. I.
De Definitione.

H*Oc capite duo explicabuntur. Unum, quid & quotuplex sit Definitio. Alterum quæ leges Definitionis.*

ARTICULUS. I.
Quid & quotuplex sit definitio

*Arist. An. post.l.2.c.*10. Ὁρισμός ἐστι λόγος τοῦ τί ἐστι.

D*Eefinitio* est oratio naturam alicujus explicans: ut hæc oratio *Animal rationale,* respectu hominis; & hæc, *quod de multis aptum*

tum est prædicari, respectu universalis. Itaque *Definitio* proprie loquendo non est integra Enunciatio, in qua oratio rem explicans de re ipsa prædicatur, sed ipsa sola oratio, quæ rem explicat, sive talis Enunciationis prædicatum: ut hoc totum non est Definitio hominis proprie loquendo: *Homo est animal rationale*; nec istud totum est Definitio universalis: *Universale est quod de multis aptum est prædicari*; sed istæ imperfectæ orationes, *Animal rationale*; *Quod de multis aptum est prædicari*: Enunciationes vero illæ magis proprie vocarentur *Enunciationes Definitivæ*, quam *Definitiones*. Vulgariter tamen & passim *Definitio* etiam sumitur pro tali integra Enunciatione, quia cum *Definitio* solitarie sumpta sit imperfecta oratio, ut integer sensus conficiatur, quærenti *Definitionem* respondetur per talem Enunciationem.

Definitum est id, quod oratione explicatur: ut, *homo*, respectu hujus orationis, *animal rationale*.

Definitionum alia est *Definitio quid nominis*, alia *Definitio quid rei*.

Definitio *quid nominis* est, quæ alicujus vocis significationem exponit: ut si dicas, *Dialectica est nomen significans artem bene disserendi* Huc revocantur Definitiones petitæ ab *Etymologia* nominis: ut, *Consul est qui consulit patriæ*.

Definitio *quid rei est*, quæ rei per nomen significatæ naturam explicat: ut si dicas, *Homo est animal rationale*.

Definitionum quid rei alia est Definitio proprie dicta seu *Essentialis*; alia *Descriptio*.

Definitio *Essentialis* est, quæ datur per sola essentialia Definiti: ut *Animal rationale*, respectu hominis.

Definitionum essentalium una est *Physica*, altera *Metaphysica* seu *Logica*.

Definitio essentialis *Physica* est, quæ datur per materiam & formam: ut si dicas, *Homo est quoddam compositum ex corpore & anima rationali*.

Definitio essentialis *Metaphysica* sive *Logica* est, quæ datur per genus & differentiam; ut si dicas, *Homo est animale rationale*.

Q. Quare prior dicitur *Physica*; Posterior *Metaphysica* vel *Logica*? R. Prior dicitur *Physica*, quia materia & forma, quibus constat, vocari solent partes essentiales *physicæ*, eo quod de illis *physicus* agat. Posterior dicitur *Metaphysica* vel *Logica*, quia genus & differentia, quibus constat, vocari solent partes essentiales *Metaphysicæ* vel *Logicæ*, eo quod de illis agat *Metaphysicus* vel *Logicus*.

Descriptio est, quæ datur per aliquid, quod non est essentiale definito: ut si dicas, *Homo est animal risibile*.

Desc[illegible]onum alia *Causalis*, alio, *Non causalis*.

Descriptio *Causalis* est, quæ datur per causam externam.

Causa externa est, quæ non est pars rei, cujus est causa.

Illa

Illa est duplex *Efficiens*: ut, *Sol luminis*, & finalis: ut, *sanitas deambulationis*. Itaque.

Descriptio *causalis* est etiam duplex: una datur per causam Efficientem, ut si dicas, *dies est motus solis supra terram*: nam motus solis supra terram est causa Efficiens diei. Altera datur per causam finalem: ut si dicas, *Homo est animal creatum ad fruendum æterna beatitudine*, nam frui æterna beatitudine est finis hominis.

Q. 1. An Definitio constans partibus *physicis* non possit vocari *causalis*? R. Posse, si vim nominis tantum attendamus, quia datur per causas internas, quæ sunt *materia* & *forma*. Sic tamen vocari non solet, quia habet nomen dignius, nempe Definitionis *essentialis*, & per *causalem* vulgo intelligitur ea, quæ non est *essentialis*, daturque per causam externam.

Descriptio *non causalis* est etiam duplex: una datur per genus & proprietatem convertibilem cum Definito: ut si dicas, *Homo est animal risibile*. Altera datur per genus & plura accidentia, quæ simul collecta cum Definito convertuntur, ut si dicas, *Homo est animal bipes implume*.

Q. 2. An possit aliquo sensu dici omnem Definitionem constare genere & differentia? R. Posse dici, intelligendo per genus & differentiam illa, etiam quæ subeunt vicem generis & differentiæ. Omnis enim *Definitio* constat genere & differentia, vel subeuntibus vicem eorum, id est, uno termino communiori, & alio vel aliis ita restringentibus, ut soli Definito con-

conveniat, ut patet ex omnibus exemplis allatis.

Ut autem noverint tyrones in omni proposita Definitione singula suis muneribus, nominibusque distinguere, advertant in omni enunciatione Definitiva hunc esse ordinem.

Id quod sensu præcedit copulam, sive ipsum subjectum, est Definitum.

Terminus simplex, qui sensu immediate sequitur copulam, est *Genus definiti*; quod sæpissime subticetur.

Id quod deinceps sequitur, est *Differentia.*

ARTICULUS II.

Quæ sunt Leges Definitionis.

EX *multis legibus Definitionis, quæ ex Aristotele & aliis afferri possent, tres tantum præcipuas proponemus.*

1. *Definitum* non potest ingredi suam *Definitionem.* Ratio est, quia *Definitio* debet esse clarior Definito; idem vero non potest esse clarius seipso.

Hinc collige relativa, *Qui*, *Quæ*, *Quod*, in enunciationibus *Definitivis* immediate copulæ postposita non referre ipsum Definitum; quia tunc Definitum ingrederetur suam *Definitionem*, sed genus Definiri, quod subticetur; ut cum dicitur: *Genus est, quod de multis*, &c. relativum, *quod*, non refert *genus*: tunc enim esset

sensus:

sensus: *Genus est genus, quod* &c. sed refert *universale*, & sic construitur: *Genus est universale, quod* &c. Idem judicium est de cæteris.

2. *Definitio* debet esse convertibilis cum Definito: Id est, non debet magis aut minus late patere. Hinc istæ Definitiones hominis sunt vitiosæ, *Corpus animatum sentiens*. *Animal litteratum*.

3. *Definitio* nihil contineat superfluum: Id est, nihil præter ea, quæ necessaria sunt, ut Definitio sit convertibilis cum Definito; nisi fortè illa non essent satis clara: tunc enim quod illis majoris explicationis gratia addetur, non erit superfluum. Vitiosa ergo est ista hominis definitio, *Animal rationale bipes*.

CAPUT II.

De Divisione.

ETiam duo de Divisione explicabuntur, scilicet quid & quotuplex Divisio, tum quæ Divisionis Leges.

ARTICULUS I.

Quid & quotuplex Divisio.

D*Ivisio* est oratio totum in suas partes distribuens: ut, *Hominis alia pars corpus, alia pars anima.*

Di-

Divisio generaliter sumpta duplex est, una divisio *Nominis*, altera *Rei*.

Divisio *Nominis* est, qua distinguitur multiplex significatio termini æquivoci. Hanc divisionem Distinctionem potiùs quam divisionem Dialectici vocare solent.

Est autem duplex, una Divisio *æquivoci* pure in sua æquivocata: ut, *Nomen canis aliquando significat animal latrans*, *aliquando sidus cœleste*. Altera Divisio *analogi* in sua analogata; ut, *Hominum alius verus, alius pictus*.

Divisio Rei est, qua res aliqua vel terminus univocus in suas partes dividitur: ut, *Animalium aliud homo, aliud brutum*.

Divisio rei est triplex, triplicis nempe totius Integralis, Essentialis, Universalis.

Divisio *Totius Integralis* est, qua totum integrale distribuitur in partes integrantes: ut, *Hominis alia pars caput, alia brachia, alia venter, alia pedes* &c.

Dicuntur autem partes *Integrantes*, quæ sua quantitate totius quantitatem constituunt. Hanc Divisionem multi *Partitionem* potius quam Divisionem vocandam censent.

Divisio *Totius Essentialis* est, qua totum essentiale dividitur in partes sibi essentiales: ut, *Hominis una pars corpus, altera anima*.

Divisio *Totius Universalis* est, qua aliquod magis commune dividitur in minus communia: ut, *Animalium aliud homo, aliud brutum*.

Divisio *Totius Universalis* admodum varia posset

posset assignari, sed potissimum quadruplex in usu est.

Prima est Generis in Species: ut *Animalium aliud homo, aliud brutum.* Ad hanc revocatur divisio Speciei in Individua; Differentiæ in Species vel Individua; Generis in Differentias, Differentiæ in Differentias.

Secunda est Accidentis in subjecta, cum videlicet Divisum est accidens Membrorum dividentium: ut, *Alborum aliud Lilium, aliud nix*, &c.

Tertia Subjecti in accidentia, cum nempe Membra dividentia sunt accidentia Divisi: ut *Hominum alii probi, alii improbi.*

Quarta Accidentis in accidentia, quando Divisum & Membra dividentia sunt accidentia ejusdem subjecti: ut, *Dulcium aliud album, aliud flavum*, &c.

ARTICULUS II.

Quæ sunt leges Divisionis.

I*Nter multas leges Divisionis quatuor sunt præcipuæ.*

1. *Divisum* debet plus continere quam singula Membra dividentia.

Hinc vitiosa est ista Divisio, *Animalium aliud sensitivum, aliud brutum*; nam *sensitivum*, quod est unum è Membris dividentibus, est convertibile cum Diviso.

2. Di-

2. *Divisum* debet adæquari Membris dividentibus simul sumptis.

Vitiosa est igitur hæc divisio : *Viventium aliud homo, aliud brutum* : vivens enim, quod est Divisum, latius patet quam homo & brutum simul, quandoquidem etiam complectatur plantam.

3. Omnia *Membra dividentia* debent inter sese pugnare.

Unde inepta est hæc divisio : *Hominum alius probus, alius litteratus.*

4. *Membra* dividentia sint pauca.

Unde male sic divideretur vivens. *Viventium aliud homo, aliud equus, aliud leo, aliud canis, aliud quercus*, &c. sed dividendum est prius in Species generales, & hæ rursum in alia, donec veniatur ad id, quod quæritur : ut, *Viventium aliud animal, aliud planta. Animalium aliud homo, brutum*, &c.

PARTIS SECVNDÆ

TRACTATVS TERTIVS.

De Suppositione.

T*Ractatui de Enunciatione tractatum de Suppositione subnectimus, quia hæc Affectio, etsi terminis Simplicibus conveniat, non tamen convenit illis nisi in oratione, maximeque in Enunciatione positis, ut ex dicendis patebit. Præmittimus autem hunc*

hunc tractatum tractatui de Argumentatione & Syllogismo, quia ad cognoscendas regulas & vitia Argumentationis, ac præcipue Syllogimi, ejus notitia est necessaria. Alias autem vocum Affectiones, non quia non utiles, sed quia minus necessariæ ad institutum, ob rationem alibi commemoratam prætermittimus.

Dividetur hæc pars in duo capita. In priori agetur de Generibus Suppositionum. In posteriori de Speciebus.

CAPUT I.

De Generibus Suppositionum.

TRia Genera Suppositionum vulgo recensentur, quæ explicabuntur hoc capite, præmissa Suppositionis communi Definitione.

ARTICULUS I.

Quid & quotuplex Suppositio?

SUppositio est usurpatio vocis in oratione positæ pro aliquo: ut hic, *Omnis homo est Animal*, vox illa, *homo*; usurpatur pro Joanne, Petro, & reliquis hominibus. Suppositio aliter vocari solet. *Acceptio vocis.*

Q. 1. Unde dicta est *Suppositio*? R. Ex eo, quod vox in oratione plerumque supponatur, id est, substituatur in locum alterius, nempe rei per ipsam significatæ: Cum enim, ut ait Arist. res

res ipsas expromere, aut in disputationem aut colloquium adducere non possumus, vocibus loco rerum utimur, & in harum locum illas subrogamus, sicut ad numerandum uti solent mercatores calculis æneis pro nummis aureis.

Q. 2. Estne igitur magna Suppositionis cognoscendæ necessitas? R. Maxima, tum ad exprimendos proprios conceptus, tum ad alterius intelligendos. Sicut enim qui ignorat, quid quoque loco calculus valeat, nec ipse calculis ad numerandum uti, nec alium utentem potest intelligere, & facillime decipitur, ita qui nescit pro quo vox in quaque oratione accipiatur, nec ipse mentem suam exponere, nec alterius conceptum assequi poterit, ac facillime circumvenietur.

Q. 3. Quare dictum est; *plerumque vocem orationi insertam substitui in locum alterius?* R. Quia, ut dicetur proximo articulo, vox interdum accipitur pro seipsa, quo casu non substituitur in locum alterius. Dicitur tamen etiam tunc supponi, extensa verbi istius significatione ad quamcunque vocis acceptionem.

Triplex est generatim Suppositio, *Materialis*, *Simplex*, *Personalis*, quæ vulgo, *Genera Acceptionis* aut *Suppositionis* vocantur.

ARTICULUS II.

De Suppositione materiali.

1 SUppositio *Materialis* est acceptio vocis pro seipsa: ut cum dico, *Homo est dictio dissillaba*,

vox

vox *homo* accipitur pro seipsa, id est, pro ipsamet voce, non autem pro significato.

Q. 1. Quare ista acceptio dicitur *materialis*? R. Quia per illam vox accipitur pro materia nominis seu termini, quæ sunt literæ & syllabæ: nomen enim significativum constat duobus, ipsa voce, & significatione: vox est velut materia, significatio velut forma.

Q. 2. Quo alio nomine vocatur ista Suppositio? R. Græco vocabulo Latinis etiam Dialecticis familiari dicitur *Tecnica*, quasi dicas, artificiosa vel dolosa; quia nimirum ista Suppositio est ad fallendum apta, eo quod dictum de voce facile accipitur tanquam dictum de re significata, & sic sophistæ illâ velut arte quadam & fraude ad technas & captiones utuntur.

Q. 3. Quibus notis Dialectici hanc Suppositionem indicare solent? R. Duabus. Una est articulus Græcus τὸ, id est, *illud*, quem articulum sæpe præponunt voci, quam materialiter volunt accipi: ut, τὸ *animal*, τὸ *homo*, quasi dicas, illa vox *animal*, illa vox *homo*. Altera est particula *li*, qua graves quidam authores familiariter utuntur, ut, li *animal*, li *homo*. Quæ particula æquivalet articulo Græco, & puto esse antiquum articulum Gallicum, quo Parisienses etiam in scholis utebantur.

ARTICULUS. III.

De Suppositione Simplici.

Suppositio *Simplex* est acceptio vocis pro suo immediato significato tantum, id est, pro natura communi, vel conceptu communi. Ita sumi dicitur subjectum hujus Enunciationis, *Homo est universale*, non enim significatur, quod Joannes, vel Petrus, vel quispiam alius singularis homo sit universale: hoc enim falsum esset; sed quod homo in communi sit universale.

Dictum est: *PRO NATURA COMMUNI, VEL CONCEPTU COMMUNI*, quia in talibus propositionibus quidam dicunt subjectum sumi pro natura communi, alii vero docent illud sumi tantùm pro conceptu communi. Sed hæc difficultas altioris est considerationis, & omnino Dialecticis prætereunda, præsertim cum voces illæ quæ dicuntur sumi *Simpliciter*, sumi etiam possint *technicè* sive *materialiter*, sensu longe faciliori & Dialecticis accommodatiori; potest enim, imo & solet, apud Dilecticos subjectum allatæ propositionis sumi pro ipsa voce, ut sit sensus, *Homo est universale*, id est, illa vox, *homo*, est universale, quem sensum in tractatu de universalibus semper secuti sumus, omnium prope Dialecticorum more.

Idem est judicium de subjectis cæterarum propositionum, in quibus aliqua proprietas Dialectica,

Terminus communis supponit simpliciter cum sua Inferiora non possunt inferri; ut homo est Species, non licet inferre quod aliquis &c.

lectica, ut ajunt, subjecto tribuitur : ut *Homo est species ; Animal est genus.*

ARTICULUS. IV.

De Suppositione Personali.

SOppositio *Personalis* est acceptio vocis pro mediato significato, id est, pro Inferioribus vel Denominatis. Sic accipitur subjectum hujus propositionis, *Omnis homo est animal.* accipitur enim pro Joanne, Petro, & cæteris, qui sunt Inferiora hominis, cum sensus sit, Joannes est animal, & Petrus est animal, &c. item subjectum hujus, *Omne album est substantia* ; accipitur enim pro pariete, nive, lacte, & reliquis, quæ sunt Denominata *albi.*

Q. Quomodo differunt *Inferius* & *Denominatum ?* R. Inferius dicitur id, cui aliquis terminus magis communis essentialiter & in quid tribuitur , *ut individua respectu speciei ; species respectu generis.*

Denominatum vero est id, cui aliquis terminus connotativus accidentaliter tribuitur : ut, *paries*, *nix*, &c. respectu *albi.* Huc revocari possunt Species vel Individua comparatione Differentiæ Essentialis , quia Differentia etsi prædicetur essentialiter, est tamen comparatione Speciei & Individuorum terminus connotativus.

Ad deprehendendam acceptionem personalem ponitur hæc regula.

 Om-

Omnis vox, cui præponitur vel præponi potest, manente eodem sensu, aliquod *signum*, accipitur *personaliter*; ut subjectum istius propositionis, *Omnis homo est animal*, quia illi præponitur signum, *omnis*: & istius, *Homo est probus*, quia illi præponi signum potest particulare, manente eodem sensu, hoc modo, *Aliquis homo est probus*.

Ex his suppositionum generibus desumitur hæc ad argumentandum regula.

In argumentatione non licet mutare *Genus Acceptionis*, id est, non licet unam & eandam vocem semel accipere *materialiter*, & semel *simpliciter* vel *personaliter*, &c. unde vitiosum est hoc argumentum, *Homo est dictio dissyllaba, Homo est animal, ergo animal est dictio dissyllaba*, quia *homo* in prima propositione sumitur *materialiter*, in secunda *personaliter*.

CAPUT. II.

De Speciebus Suppositionum.

Suppositio *Personalis* dividitur in quatuor species, *Universalem*, *Copulatam*, *Determinatam*, & *Confusam*, quæ aliis nominibus vocantur *Distributiva*, *Collectiva*, *Disjunctiva*, *Disjuncta*. Et ab his vox aliqua dicitur accipi *universaliter* seu *distributive*, *copulatim* seu *collective*, *determinate* seu *disjunctive*, *confuse* seu *disjunctim*.

Hæ

Terminus simplex tum supponit perso=
naliter, cum sua Inferiora possunt inferri.

Suppositio Universalis est acceptio Termini com̃unis pro suis Inferiorib' seorsim.

Hæ Suppositiones, etsi (ut dictum est) sint species Suppositionis Personalis, passim tamen absolute vocantur *Species Suppositionis*, sicut priores *Genera. De singulis hoc capite breviter agetur.*

ARTICULUS. I.

De Suppositione Universali seu Distributiva.

SUppositio *Universalis* est acceptio vocis pro Inferioribus, vel Denominatis copulative enumerandis.

Dicuntur autem aliqua enumerari *copulative* quando enumerantur per conjunctionem copulativam *copulative* sumptam, id est, connectentem integras Enunciationes, Ita sumitur subjectum hujus propositionis; *Omnis homo est animal*: sic enim explicatur, *Joannes est animal*, & *Petrus est animal*, & *Paulus est animal*, & *sic de cæteris*: ubi conjunctio copulativa, &, connectit integras Enunciationes.

Suppositio Universalis dividitur primò in *Absolutam*, & *Accommodam*.

Suppositio Universalis *Absoluta* est, ubi nulla intelligitur exceptio. Ita sumitur subjectum dictæ propositionis, *Omnis homo est animal.*

Suppositio Universalis *Accommoda* est, ubi aliqua intelligitur exceptio: ut hic, *Cælum tegit omnia*: scilicet præter se.

Dividitur secundò Suppositio Universalis in universalē *pro Generibus singulorum*, & universale *pro singulis generum.*

Suppositio Universalis *pro Generibus Singulorum* est, per quam vox accipitur pro omnibus generibus seu speciebus ; non autem pro ominbus individuis. Hoc modo sumitur subjectum istius propositionis, *Omne animal fuit in arca Noë.* Sensus enim est, *Omne genus seu species animalis fuit in arca Noë,* scilicet equus, leo, elephas, &c. Non autem sic, *Omne individuum animalis fuit in arca Noë,* sic enim significaretur etiam Te, qui hæc legis, & cætera animalia, quæ nunc vivunt, fuisse in arca Noë.

Vel sic: Significatur cujuslibet Speciei aliquod Individuum ibi fuisse, non vero cujuslibet Speciei quodlibet Individuum.

Suppositio Universalis *pro Singulis generum* est, per quam vox sumitur pro omnibus suis individuis. Ita sumitur subjectum istius ptopositionis : *Omnis homo est animal.*

Ad cognoscendam Suppositionem Universalem multæ a Dialecticis regulæ traduntur, ex quibus duæ sunt præcipuæ.

1. *Subjectum* enunciationis universalis affirmativæ sumitur universaliter : ut subjectum istius ; *Omnis homo est animal.*

Reducitur hæc Regula ad generaliorem, quod nempe, Signum universale Affirmativum distribuit illum terminum cui immediatè præfigitur.

2. Utrumque *Extremum* enunciationis Universalis negativæ, & *prædicatum* Particularis negativæ sumitur universaliter : ut hic, *Nullus homo*

Suppositio Copulata est cum Terminus Comunis signo Universali affectus, sup:
:ponit pro omnibus suis Inferioribus
collectivè.

homo est brutum, universaliter sumitur tam *homo*, quam *brutum*. Hic verò, *Aliquod animal non est homo*, tantùm *homo* sumitur universaliter; non *animal*.

Hæc etiam Regula reducitur ad generaliorem, quod nimirum Signum negativum distribuit omnia sequentia, sive proximè illis præponatur, sive remotè.

Eandem vim habent omnes dictiones, quæ in sua significatione negationem includunt: ut particulæ *sine*, *absque*; verba significantia privationem aut carentiam; ut, *egeo*, *careo*, &c.

ARTICULUS II.

De Suppositione Copulata.

Suppositio *Copulata* est acceptio vocis pro Inferioribus vel Denominatis copulatim enumerandis, id est, per conjunctionem copulativam copulatim sumptam, hoc est, non connectentem integras Enunciationes; sed terminos simplices. Ita sumitur subjectum hujus propositionis, *Omnia elementa sunt quatuor*. Sic enim explicatur, *Ignis*, *&* *aër*, *&* *terra*, *&* *aqua sunt quatuor*; non autem sic, *Ignis est quatuor*, *&* *aër est quatuor*, &c.

Ad dignoscendam hanc Suppositionem una hæc notetur Regula.

Subjectum propositionis, cujus prædicatum est vox numerum significans, sumitur copulatim. Exemplum jam est propositum. AR-

ARTICULUS. III.

De Suppositione Determinata.

SUppositio *Determinata* eſt acceptio vocis pro Inferioribus, vel Denominatis disjunctivè enumerandis, id eſt, per conjunctionem disjunctivam disjunctivè ſumptam, hoc eſt, connectentem integras Enunciationes. Ita ſumitur ſubjectum hujus propoſitionis, *Aliquis homo eſt probus*: ſic enim explicabitur, *vel Joannes eſt probus, vel Petrus eſt probus, vel Paulus eſt probus, & ſic de cæteris.*

Ad cognoſcendam hanc Suppoſitionem hæc ſit regula.

Utrumque *Extremum* propoſitionis Particularis aut Indefinitæ affirmativæ, & *Subjectum* negativæ, ſumitur determinatè: ut in his propoſitionibus, *Aliquis homo eſt probus*; *Homo eſt probus*; tam prædicatum quam ſubjectum ſumitur determinate. In his autem, *Aliquis homo non eſt probus*; *Homo non eſt probus*; ſolum ſubjectum ſumitur determinatè; prædicatum verò univerſaliter, per ſecundam regulam de Suppoſitione univerſali.

ARTICULUS. IV.

De Suppoſitione Confuſa.

SUppoſitio *Confuſa* eſt acceptio vocis pro Inferioribus vel Denominatis disjunctim enumerandis, id eſt, per conjunctionem disjunctivam

pro
ivè
lis-
on-
ni-
mo
nes
ro-

æc

cu-
um
ro-
mo
u-
uis
um
m
de

n-
u-
ti-
m

vam disjunctim sumptam, hoc est, connectentem simplices terminos, non vero integras Enunciationes. Ita sumitur prædicatum hujus propositionis, *Omnis homo est animal*: sic enim exponitur, *Omnis homo est hoc, vel istud, vel illud, vel aliud animal*: non autem sic, *Omnis homo est hoc animal, vel omnis homo est istud animal*, &c. Hæc enim expositio falsa est cum ipsa propositio sit vera.

Traduntur de hac acceptione multæ Regulæ, inter quas est præcipua.

Prædicatum propositionis Universalis affirmativæ sumitur confusè. Patet exemplo superiori. Reducitur hæc Regula ad generaliorem; Quod nempe signum universale affirmativum confundit, id est, confusè sumi facit, illum terminum, cui mediatè sive remotè præponitur.

Ex his Suppositionum Speciebus sumitur hæc Regula argumentandi & Axioma celeberrimum, quo pleræque Syllogismorum Regulæ nituntur.

Non licet procedere à non distributo ad distributum, id est, Non licet aliquem terminum, qui in Antecedente non sumitur universaliter, ponere in Consequente universaliter sumptum: ut, non sequitur, *Omnis homo est animal, ergo omne animal est homo*; quia *animal* in Antecedente non distribuitur, cum sit prædicatum Universalis affirmativæ; in Consequente vero distribuitur, cum sit subjectum Universalis affirmativæ.

PARS.

PARS TERTIA.

De Syllogismo.

EX Terminis componitur Propositio, ex Propositionibus Syllogismus, de quo hic nobis agendum est, Dividetur hac Pars in quatuor Tractatus. In primò tractabitur de principiis Internis *Syllogismi. In secundo de Externis. In tertio de Syllogismis* Compositis *&* *Argumentationibus* non Syllogisticis *In quarto de* Locis.

PARTIS TERTIÆ

TRACTATUS PRIMUS.

De principiis Internis Syllogismi.

PRincipia *Interna* Syllogismi dicuntur: quæ sunt in ipso Syllogismo.

Hæc principia duplicia sunt, *materialia* & *formalia*.

Itaque hic Tractatus dividetur in duo capita. In priori agetur de principiis materialibus Syllogismi. In posteriori de formalibus.

CAPUT. I.

De principiis materialibus Syllogismi.

PRincipia *materialia* sunt: quibus velut materia construitur Syllogismus.

Hæc principia sunt duplicia: *Propinqua*, quæ

quæ sunt Propositiones ; *Remota*, quæ sunt Termini. *Itaque hoc capite quatuor explicabuntur.*

1. Quid sit *Argumentatio* in genere, & ejus partes.

2. Quotuplex.

3. Quid syllogismus.

4. Quot termini & enunciationes in *Syllogismo.*

ARTICULUS. I.

Quid sit Argumentatio, quæ ejus partes.

GEnus Syllogismi est *Argumentatio*, quæ præter Syllogismum alias quasdem species complectitur, ut infra dicetur : *Itaque prius quam de Syllogismo agamus, exponendum videtur quid sit Argumentatio, & quænam illius partes.*

Argumentatio est oratio, in qua unum ex alio colligitur, ut, *Omnis homo est sensitivus, ergo omnis homo est animal.* Dicitur unum colligi ex alio, quando significatur una Propositio sequi ex altera, quod fit per particulam illam, *ergo*, vel aliam æquivalentem. Unde non est hîc Argumentatio. *Omnis homo est animal, & homo est sensitivus*, quia etiamsi posterior Propositio recte sequatur ex priori, non tamen in illa oratione significatur sequi.

Tres ergo sunt partes argumentationis, *Antecedens, Consequens, Nota illationis.*

Antecedens est enunciatio ex qua alia colligitur. *Consequens*

Consequens est enunciatio, quæ ex alia colligitur.

Nota illationis est conjunctio significans unam enunciationem colligi ex alia, ut in assignata argumentatione Antecedens est, *Omnis homo est sensitivus*; Consequens, *Omnis homo est animal*; Nota illationis, ista conjunctio *ergo*.

Illatio aliis nominibus vocatur *sequela*, *consequentia*, *consecutio*, *collectio*, quæ non est Antecedens, nec Consequens, sed Connexio Consequentis cum Antecedente, designata, ut dictum est, per illam vocem, *ergo*, vel aliam æquivalentem. Sumitur etiam non raro Consequentia, & illi æquivalentia, pro integra Argumentatione.

ARTICULUS. II.

Quotuplex est Argumentatio?

ARgumentationum alia est *bona*, alia *vitiosa*. *Bona* est, cujus Consequens legitimè infertur ex Antecedente: *Homo est animal*; *ergo homo est sensitivus*.

Vitiosa est, cujus consequens non legitimè infertur ex Antecedente, ut, *Homo est animal*, *ergo*, *homo est rationalis*: non enim legitimè colligitur hominem esse rationalem ex eo, quod sit animal, cum brutum sit etiam animal, & tamen non sit rationale. Quando vero Consequens legitimè, quando non legitimè colligatur

Not. Argumentatio seu Consequentia bona est ratione Materiae, cùm conclusio infertur non propter modū colligendi (qui ē formâ Argumentationis) sed solâ vi Terminorū, qui sunt materia Argumentationis; ut Omne rationale est risibile, Nullus lapis est rationalis, ergo Nullus lapis est risibilis. Non enim teneret similis Consequentia mutatis Terminis, ut sic Omne animal est vivens, Nulla planta est animal, ergo nulla planta est vivens.

Argumentatio bona ratione Formae est, cùm Conclusio infertur propter ipsū modum colligendi, ut in primo modo primae Figurae teneret similis consequentia in quibuslibet Terminis eodē modo dispositis.

tur ex Antecedente, patebit ex regulis, quæ suo loco tradentur.

Nota, cum simpliciter sit mentio Argumentationis, bonam intelligi, non vitiosam.

Argumentatio bona dividitur in *formalem*, & *materialem*: sive in *formaliter bonam*, id est ratione formæ, & *materialiter bonam*, id est ratione materiæ.

Argumentatio *formalis* est, cum in nulla similis formæ dari potest Antecedens verum, Consequente falso.

Argumentationes verò *similis formæ* sunt; quæ constant æque multis Terminis, eodem ordine dispositis, & æquè multis Propositionibus ejusdem quantitatis & qualitatis; ut hæ Argumentationes sunt *similis formæ*.

Omne animal est vivens.
Omnis homo est animal, ergo
Omnis homo est vivens.

Et

Omnis arbor est planta.
Omnis quercus est arbor, ergo
Omnis quercus est planta.

Eædem sunt Argumentationes *formales*: nam in nulla Argumentatione, quæ similem formam habet, dari potest Antecedens verum, Consequente falso.

Argumentatio *materialis* dicitur, cum in aliqua similis formæ dari potest Antecedens verum Consequente falso. ut hæc: *Omnis homo est sensitivus, ergo, omnis homo est animal*: datur enim

enim Antecedens verum Consequente falso in hac similis formæ, *Omnis homo est sensitivus; ergo omnis homo est brutum.*

Dividitur iterum Argumentatio bona in *Syllogismum*, *Enthymema*. *Inductionem*, & *Exemplum*, de quibus deinceps per ordinem agemus. Inter illas autem solus *Syllogismus* est Argumentatio formalis,

ARTICULUS. III.

Quid sit Syllogismus.

Arist. l. 1. pr. c. 1. Συλλογισμός ἐστι λόγος, ἐν ᾧ τιθέντων τινῶν, ἑτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει τῷ ταῦτα εἶναι.

SYllogismus est oratio, in qua quibusdam positis, aliud quiddam ab iis quæ posita sunt necessariò accidit, eo quòd hæc sunt.

Id est, *Syllogismus* est oratio, in qua duabus præmissis simplicibus in modo & figura rectè dispositis, conclusio à præmissis diversa colligitur per necessariam & formalem consequentiam, propter legitimam præmissarum in modo & figura dispositionem: ut,

Omne animal est vivens.
Omnis homo est animal, *ergo*
Omnis homo est vivens.

Q. Quis Syllogismus hic definitur? Resp. Syllogismus *categoricus* sive simplex, id est, constans

in
us;
in
x-
e,
est
ay
ys
o-
nt
us
ctè
gi-
n,
fi-
sp.
eit,
ans

Majus Extremum est quod jungitur cum Medio in 1ma. Propositione; seu potius quod est Prædic. Conclusionis.

Minus Extremum est quod jungitur cum Medio in 2da. Propositione; sive quod est Subjectum Conclusionis.

constans omnibus enunciationibus simplicibus; qualis est jam assignatus. Et propterea dicitur in sensu, *duabus præmissis simplicibus*.

De syllogismo composito, id est, constante una, vel pluribus enunciationibus compositis postea agetur.

ARTICULUS IV.

Quot termini & enuntiationes in Syllogismo?

TErmini sunt materia remota syllogismi, *Enuntiationes* autem propinqua; quia ex terminis prius formandæ sunt enuntiationes, ac deinde ex enuntiationibus syllogismus.

In omni Syllogismo sunt tres Termini, *Majus extremum*, *Minus extremum*, & *Medium*.

Medium est terminus, qui bis in Antecedente Syllogismi ponitur.

Extremum in genere est, quod semel tantùm in Antecedente Syllogismi ponitur.

Majus extremum est quod in Antecedente Syllogismi præstantiorem locum obtinet.

Minus extremum est, quod in Antecedente Syllogismi minus præstantem locum obtinet.

Illud vero dicitur obtinere præstantiorem locum, quod obtinet locum prædicati, altero obtinente locum subjecti, aut, si in hoc sit paritas, quod pronunciatione præcedit. Prius fit in prima figura, ubi unum extremum prædicatur

tur de medio, alterum subjicitur, Posterius i secunda, ubi utrumque extremum subjicitur me dio; & in tertia, ubi utrumque extremum prædicatur de medio; ut sit hic Syllogismus.

Omne animal est vivens,
Omnis homo est animal,
Ergo omnis homo est vivens.

Ibi medium est *animal*; majus extremum, *vivens*; minus extremum, *homo.*

In omni item Syllogismo sunt tres Enunciationes, *major propositio, minor propositio, conclusio.*

MAJOR PROPOSITIO est illa pars Antecedentis; in qua ponitur majus extremum. A Cicerone & quibusdam aliis vocatur simpliciter *Propositio.*

MINOR PROPOSITIO est illa pars Antecedentis, in qua ponitur minus extremum. A Cicerone & aliis vocatur *Assumptio.*

Duæ illæ propositiones dici etiam solent *Præmissæ*, quia præmittuntur Conclusioni.

CONCLUSIO est enunciatio, quæ ex aliis infertur. Ut in superiori Syllogismo, Major propositio est illa. *Omne animal est vivens*; Minor est ista, *Omnis homo est animal.* Conclusio ista, *Omnis homo est vivens.*

Q. 1. *Utrum illa Propositio dicenda sit major, quæ primo loco ponitur!* Resp. Ordinariè quidem ita est; patitur tamen exceptionem ista Regula interdum in syllogismis primæ figuræ, id est; in quibus unum extremum prædicatur de medio, & alterum subjicitur medio, ubi semper illa

illa
quo
mo
que

ver
illi
cec
dic

bu
me
mi
nu
est,
ter
cat
us
ad
inv

sun
pla
for
ali
que

illa eſt major, in qua ponitur illud extremum, quod prædicatur de medio, ſive illa ponatur primo loco, quod plerumque fit: ſive in ſecundo, quod interdum accidit. Ut ſi dicas.

Omnis homo eſt animal.
Omne animal eſt vivens, ergo
Omnis homo eſt vivens.

Major Propoſitio eſt illa, *Omne animal eſt vivens*, quia in ea ponitur majus extremum, id eſt, illud, quod nobiliorem locum obtinet in Antecedente Syllogiſmi, utpote tenens locum prædicati, cum alterum teneat locum ſubjecti.

Q. 2. *Quare termini Syllogiſtici iſtis nominibus appellantur?* R. Duo illi termini, qui ſemel tantum ponuntur in Antecedente Syllogiſmi, vocantur *Extrema*, quia ſunt extrema enunciationis probandæ, ſive Concluſionis, id eſt, prædicatum ejus & ſubjectum: ille autem terminus, qui bis ponitur in Antecedente, vocatur *Medium*, quia eſt velut vinculum & nexus extremorum: ſicut enim extrema ſe habent ad illum terminum, ita colliguntur ſe habere ad invicem.

ANNOTATIO.

In definiendo majori & minori extremo ſecutus ſum Recentiorum communem opinionem tanquam planiorem & faciliorem, Alioquin putarem conformiorem eſſe Ariſtoteli Alexandri ſententiam, & aliorum, qui cenſent illud extremum eſſe majus, quod vel in Antecedente, vel certe in Quæſtione

probanda prædicatur; cum alterum subjiciatur. Verum hæc sententia, tametsi solida, minus tyronum captui est accommodata.

CAPUT. II.

De principiis formalibus Syllogismi.

PRINCIPIA *FORMALIA* sunt dispositiones quædam principiorum materialium; Id est, terminorum & propositionum. Sunt igitur duo: unum terminorum, quod vocatur *Figura*, quæ triplex est: alterum propositionum, quod vocatur *Modus.*

Itaque in hoc capite de his agetur. 1. *de figura, Modo: eorumque varietate generatim.* 2. *de Modis primæ figuræ.* 3. *de Modis secundæ.* 4. *de Modis tertiæ.*

ARTICULUS I.

De figura & modo, eorumque varietate generatim.

FIgura *Syllogistica* est dispositio medii cum extremis secundum subjectionem & Prædicationem.

Figura est triplex, *Prima, Secunda, Tertia.*

Prima est in qua medium semel subjicitur, & semel prædicatur.

Secunda, in qua medium bis prædicatur.

Tertia

Sub præ prima; bis præ secunda, tertia bis sub.

Tertia, in qua medium bis subjicitur. Exempla habes Articulis sequentibus.

Modus Syllogisticus est, trium enunciationum Syllogismi dispositio secundùm quantitatem & qualitatem. Itaque tot sunt modi, quot modis possunt enunciationes Syllogismi variari secundum quantitatem, & qualitatem; quod ut minutius examinetur, non suaserim, cum parum utilitatis illud examen habeat. Exempla modorum habes inferius.

Modorum alius *Directus*, alius Indirectus; sive alius *directè* concludens: alius *indirectè*. Eodem modo dividitur Syllogismus.

Modus *Directus* est, in quo majus extremum concluditur de minori. Eodem modo definitur Syllogismus *directus*, ut hîc:

Omne animal est vivens,
Omnis homo est animal, ergo
Omnis homo est vivens.

Modus *Indirectus* est, in quo minus extremum concluditur de majori. Eodem modo definitur Syllogismus *Indirectus*, ut hîc:

Omne animal est vivens,
Omnis homo est animal, ergo
Aliquod vivens est homo.

Recensentur vulgò modi utiles, id est, apti ad concludendum, novemdecim, singuli singulis expressi vocabulis, quæ his versiculis comprehenduntur.

Barbara, Celarent, Darii, Ferio, Baralipton,
Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum,

Cesare, Camestres, Festino, Baroco, Darapti. Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.

In his vocabulis hæc adverte:

1. Novem prima spectare ad primam *figuram*: sequentia quatuor ad *secundam*; reliqua sex ad *tertiam*.

2. Quod singula vocabula constent tribus *syllabis*, & singulæ syllabæ singulis vocalibus: nam in *Baralipton*, & *Frisesomorum*, solæ tres primæ syllabæ aliquid significant; reliquæ addun-tur tantùm metri causa. Unde extra metrum vocari solent, *Baralip. Frisesom.*

3. Quod tres illæ *vocales* significent tres enunciationes syllogisticas; prima quidem *majorem* propositionem, secunda *minorem*, tertia *conclusionem*.

4. Quod vocalis A significet universalem affirmativam, E univesalem negativam, I particularem affirmativam. O denique particularem negativam. Unde antiquum carmen:

Asserit A, negat E, sed universaliter ambæ.
Asserit, I. negat O, sed particulariter ambo

Quid verò in prædictis vocabulis significent consonantes S, P, & M, postea dicetur.

ARTICULUS. II.

Modi primæ figuræ cum exemplis Syllogismorum.

PRima figura, ut dictum est, habet undecim modos videlicet.

p

d

g
d

F
b
r

C
l
r

I
r
i

I
r
c

Barbara, Celarent, Darii, Ferio, Baralipton.
Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum.

Inter hos, quatuor primi sunt *Directi*, &, ut postea dicetur, *perfecti* : scil.

Barbara, Celarent, Darii, Ferio.

Quinque reliqui sunt *Indirecti* &, ut postea dicetur, *Imperfecti* ; scilicet.

——— *Baralipton.*
Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum.

Ut autem tyrones exemplaria habeant Syllogismorum in singulis modis, quæ imitentur, modos omnes cum suis Syllogismis proponemus.

Modi *Directi* ac perfecti primæ figuræ cum syllogismis.

Bar *Omne animal est substantia* :
ba *Omnis homo est animal, ergo*
ra *Omnis homo est substantia.*

Ce *Nullum animal est planta* :
la *Omnis homo est animal, ergo*
rent. *Nullus homo est planta.*

Da *Omnis homo est rationalis.*
ri *Aliquod animal est homo, ergo*
i. *Aliquod animal est rationale.*

Fe *Nullus Æthiops est albus* :
ri *Aliquis homo est Æthiops, ergo*
o. *Aliquis homo non est albus.*

Modi *Indirecti* ac imperfecti primæ figuræ cum Syllogiſmis.

Ba	*Omne animal eſt ſubſtantia:*
ra	*Omnis homo eſt animal: ergo*
lip.	*Aliqua ſubſtantia eſt homo.*
Ce	*Nullum animal eſt planta:*
lan	*Omnis homo eſt animal. ergo*
tes	*Nulla planta eſt homo.*
Da	*Omnis homo eſt rationalis:*
bi	*Aliquod animal eſt homo, ergo*
tis	*Aliquod rationale eſt animal.*
Fap	*Omnis homo eſt animal:*
eſ	*Nullum brutum eſt homo, ergo*
mo.	*Aliquod animal non eſt brutum.*
Friſ	*Aliqua virtus eſt delectabilis:*
eſ	*Nullum vitium eſt virtus, ergo*
em.	*Aliquod delectabile non eſt vitium.*

ARTICULUS III.

Modi ſecundæ *figuræ cum exemplis Syllogiſmorum.*

Modi ſecundæ figuræ ſunt hi quatuor. *Ceſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco.* In ſingulis ſyllogiſmorũ exempla ſubjiciuntur.

Ceſ *Nul-*

Datur quarta Figura hoc versiculo com:
:prehensa;

Sed Præ sub Quartâ vocitabis rite Figurâ.

In quâ Medium est Prædicatũ Majoris
et Subtum Minoris.

Omnis qui invidet etiã odit,
Omnis qui odit est Homicida, ẽgo
Aliquis Homicida est invidus.

Ces *Nullum brutum est rationale,*
a *Omnis homo est rationalis, ergo*
re. *Nullus homo est brutum.*

Ca *Omnis homo est rationalis,*
mes *Nullum brutum est rationale, ergo*
tres *Nullum brutum est homo.*

Fes *Nullus homo est brutum,*
ti *Aliquod animal est brutum, ergo*
no. *Aliquod animal non est homo.*

Ba *Omnis homo est rationalis,*
ro *Aliquod animal non est rationale, ergo*
co. *Aliquod animal non est homo.*

ARTICULUS IV.

Modi tertiæ *figuræ cum exemplis Syllogismorum.*

Da *Omnis homo est rationalis,*
rap *Omnis homo est animal, ergo*
ti. *Aliquod animal est rationale.*

Fe *Nullus homo est irrationalis,*
lap *Omnis homo est animal, ergo*
ton. *Aliquod animal non est irrationale.*

Dis *Aliquod animal est rationale,*
am *Omne animal est vivens, ergo*
is. *Aliquod vivens est rationale.*

Da *Omnis avarus est miser,*
tis *Aliquis avarus est dives, ergo*
i. *Aliquis dives est miser.*

Bo *Aliquod animal non est homo;*
car *Omne animal est vivens, ergo*
do. *Aliquod vivens non est homo.*

Fe *Nullum vitium est amandum,*
ris *Aliquod vitium est delectabile, ergo*
on. *Aliquod delectabile non est amandum.*

TRACTATUS SECUNDUS

De principiis externis Syllogismi.

Principia *Externa* Syllogismi voco, quæ non sunt in ipso Syllogismo.

Sunt duplicia, *Dirigentia*, & *Perficientia.*

Itaque hujus tractatûs duo erunt capita. Prius de Principiis Dirigentibus. Posterius de Perficientibus.

CAPUT. I.

De principiis Dirigentibus.

Principia *Dirigentia* sunt axiomata, id est, propositiones per se notæ: quibus nititur consequentia syllogistica.

Sunt

Quantitas vel Qualitas Syllogismi sumenda est à Conclusione, quomodo: :cunq; se habeant Præmissa.

S
rum
nera
Q
pia
rum
spec
figur

P
omn
desu
Ari
Pric
αὐτ
P
ecti
I
e su
le o
A
μ
φ
D
ecti
I

Sunt autem duo: unum affirmativum; alterum negativum. His anne&tuntur Regulæ generales & ſpeciales Syllogiſmorum.

Quinque igitur hoc capite tradentur. 1. Principia Dirigentia. 2. Regulæ generales Syllogiſmorum. 3. Regulæ ſpeciales primæ figuræ. 4. Regulæ ſpeciales ſecundæ figuræ. 5. Regulæ ſpeciales tertiæ figuræ.

ARTICULUS. I.

Quot & quæ ſint principia Dirigentia Syllogiſmorum.

PRiusquam declarentur principia Dirigentia, exponendum eſt quid ſit prædicari ſive dici de omni, quid de nullo, ex quibus dictis illa principia deſumuntur.

Ariſt. 1. Prior. c. 1. τὸ κατὰ παντὸς κατηγορεῖσθαι ἐστὶν, ὅταν μηδὲν ᾖ τοῦ ὑποκειμένου λαβεῖν, καθ' οὗ θάτερον οὐ λεχθήσεται.

Prædicari *de omni* eſt, cum nihil ſumere ſubjecti eſt, de quo alterum non dicatur.

Id eſt, cum Prædicatum ſignificatur conveni- e ſubjecto univerſaliter ſumpto. Dictum ergo *de omni*, eſt prædicatum Univerſalis affirmativæ.

Ariſt. Ib. τὸ κατὰ μηδενὸς κατηγορεῖσθαι ἐστὶν, ὅταν μηδὲν ᾖ τοῦ ὑποκειμένου λαβεῖν, ἀφ' οὗ θάτερον οὐκ ἀφαιρεθήσεται.

De *nullo* prædicari eſt, cum nihil ſumere ſubjecti eſt, à quo alterum non removeatur.

Id eſt, cum prædicatum ſignificatur negari de

de subjecto universaliter sumpto. Dictum erg *de nullo*, est prædicatum Universalis negativæ.

Ex his duabus Definitionibus sumuntur hæc du Principia lumine naturæ notissima, quæ brevitati causa vocari etiam solent Dictum de omni, & Dictum de nullo; *quamvis non sint proprie ill Dicta, sed Regulæ ex illis desumptæ.*

Principium dirigens *Affirmativum*

Quidquid dicitur de subjecto universè sumpto, dicitur de quovis, quod subsumitur sub illo: ut quia *vivens* dicitur *de omni animali*, dicitur etiam *de homine & aliis sub animali contentis.*

Itaque hoc Principio evidenter dirigitur hi Syllogismus:

Omne animal est vivens.
Omnis homo est animal, ergo
Omnis homo est vivens.

Eodem principio regulari debent omnes Syllogismi Affirmativi, licet quidam evidenter, al obscurè, ut postea dicetur.

Principium dirigens *Negativum.*

Quidquid negatur de subjecto universè sumpto, negatur & de quovis, quod subsumitu sub illo. ut, quia *planta* negatur *de omni animali*, etiam negatur *de homine, & aliis contem sub animali.* Itaque hoc principio clarissim regulatur hic Syllogismus:

Nullum animal est planta:
Omnis homo est animal, ergo
Nullus homo est planta.

Eod

E
logi
expl

H

1
poss
S
erin
min
Syl
lus

I
ne
2
con
ret

stri

Eodem Principio regulari debent omnes Syllogiſmi Negativi vel evidenter, vel obſcurè, ut explicabitur infra.

ARTICULUS II.

Regulæ Generales Syllogiſmorum.

HÆ Regulæ dicuntur *Generales*, quia ſervandæ ſunt in omnibus Figuris.

1. In ſyllogiſmo tres tantum termini eſſe poſſunt.

Si ergo aliquis terminus ſumatur æquivocè, erit vitioſus Syllogiſmus; quia cum talis terminus ſignificatione ſit duplex, in hujuſmodi Syllogiſmo ſunt quatuor termini. Unde nullus eſt hic Syllogiſmus.

Omnis homo eſt animal vivum.
Aliqua pictura eſt homo, ergo
Aliqua pictura eſt animal vivum.

Nam *homo* in majori ſumitur pro vero homine; in minore pro picto.

2. Medium ſyllogiſticum non poteſt ingredi concluſionem. Ratio eſt, quia ſic idem probaretur per idem.

3. In altera præmiſſarum medium debet diſtribui. Unde non ſequitur.

Aliquod animal eſt irrationale,
Omnis homo eſt animal, ergo
Omnis homo eſt irrationalis.

Medium enim, quod eſt *animal*, in neutra præ-

præmiſſarum diſtribuitur. Ratio Regulæ eſt, quia quando medium non diſtribuitur, non ſervatur dictum *de omni* aut *de nullo*.

4. Ex puris particularibus nihil ſequitur. ut non ſequitur.

Aliquod animal non eſt brutum,
Aliquis equus eſt brutum, ergo
Aliquis equus non eſt animal.

Adverte Syllogiſmum, qui peccat contra han Regulam, etiam peccare contra aliquam aliam; ſi enim ſit in prima vel ſecunda figura, peccabit contra ſpecialem Regulam illarum figurarum, ut infra patebit: ſi autem ſit in tertia Figura, peccabit contra præcedentem, id eſt, tertiam Regulam generalem, quia medium non diſtribuitur, ut ſi dicas:

Aliquod animal eſt homo,
Aliquod animal eſt brutum, ergo
Aliquod brutum eſt homo.

5. Ex puris negativis nihil ſequitur, ut fatuus eſt iſte Syllogiſmus.

Nullus homo eſt brutum,
Nullus equus eſt homo, ergo
Nullus equus eſt brutum.

Ratio Regulæ eſt, quia Syllogiſmus conſtans puris negativis, pugnat cum dictis *de omni* & *de nullo*, in quibus præcipitur, ut medium cum altero ſaltem extremorum conveniat.

6. Quando altera præmiſſarum eſt particularis, concluſio etiam debet eſſe particularis: Ratio eſt, quia alias procederetur à non diſtributo ad diſtributum: ut hîc,

Om-

+ Ratio est quia termini particulares non possunt distribui, nec eorum unus in=
=cludere alterum, ut vult dictum de omni:
neq necesse est, ut, quae conveniunt eidem tertio ex parte, ea inter se conveniant, ut, Aliquod animal est homo, Aliquod animal brutum, ergo Aliquod brutum est homo, nam homo et brutum conveniunt animali secundum diversas ejus partes.

Propositio Sing. in Syllog. aequè potest Univers. Nam Subjectum ejus supponit pro Univers. Et, omni suo significato. Socrates est homo, quia omnis ille Socrates tantùm unus est.

Not. Quaedam videntur negativa, quae vim habent affirmationis: Ut, Quod non est ani=
=mal non est homo, Lapis non est animal, ergo Lapis non est homo. Major sic affirmari debet, Omnis homo est animal.

co
tus

co
ni
co
lig
qu

O
pri

di
mi
ma
pra
atq

Omnis homo est rationalis:
Aliquod animal est homo: ergo
Omne animal est rationale.

7. Quando altera præmissarum est negativa, conclusio etiam debet esse negativa. Unde stultus est hic Syllogismus.

Nullum animal est planta:
Omnis homo est animal, ergo
Omnis homo est planta.

Ratio est, quia in tali Syllogismo directè fit contra principium dicti *de nullo*. Colligitur enim duo extrema convenire inter se, quia non conveniunt cum medio; cùm oppositum sit colligendum, scil. extrema non convenire inter se, quia non conveniunt cum medio.

ARTICULUS III.

Regulæ speciales primæ Figuræ.

QUæ sunt Regulæ *Speciales* primæ figuræ.

1. Ex minore negante nihil sequitur in prima Figura, ut non sequitur.

Omne animal est vivens,
Nulla planta est animal, ergo
Nulla planta est vivens.

Ratio regulæ est, quia sic proceditur à non distributo ad distributum ex parte majoris extremi; si enim sit minor negans, major erit affirmans, cujus prædicatum est majus extremum; prædicatum vero affirmativæ non distribuitur; atqui illud idem in conclusione negante distribuitur;

buitur; utpote illius prædicatum, ut patet in superiori exemplo.

2. Ex Majore particulari nihil concluditur in prima Figura, non enim sequitur.

Aliquod animal est homo.
Omne brutum est animal: ergo
Aliquod brutum est homo.

Ratio regulæ est, quia in tali Syllogismo medium non distribuitur.

Utraque Regula intelligenda est de Syllogismis directè concludentibus, nam indirectè concludi potest ex minore negante in Fapesmo, & ex majore particulari in Frisesom; *quia ratio regulæ in illis cessat. Comprehenditur utraque Regula hoc versu.*

Sit minor affirmans, nec major sit specialis.

ARTICULUS. IV.

Regulæ speciales secundæ Figuræ.

ETiam in hac Figura duæ *Speciales* Regulæ assignantur.

1. Ex puris affirmativis nihil sequitur in secunda Figura, ut non sequitur.

Omne brutum est animal,
Omnis homo est animal, ergo
Omnis homo est brutum.

Ratio regulæ est; quia in Syllogismo secundæ Figuræ constante puris affirmativis medium non distribuitur; est enim prædicatum utriusque præmissæ affirmativæ.

2. Ex

2
unc

I
ced
maj
part
gis.
I

D
Fig

ce
ma
pra

in

2. Ex majore particulari nihil sequitur in secunda Figura, ut non sequitur.

Aliquod animal non est rationale,
Omnis homo est rationalis, ergo
Aliquis homo non est animal.

Ratio regulæ est, quia in tali Syllogismo proceditur à non distributo ad distributum ex parte majoris extremi, quod est subjectum majoris particularis, & prædicatum conclusionis negnantis. *Duas istas regulas habes in hoc versu.*

Una negans præeat, nec major sit specialis.

ARTICULUS V.

Regulæ speciales tertiæ Figuræ.

DUæ quoque sunt in tertia Figura Regulæ *Speciales.*

1. Ex Minore negante nihil sequitur in tertia Figura. Ut non sequitur.

Omnis homo est animal:
Nullus homo est brutum, ergo
Aliquod brutum non est animal.

Ratio regulæ est, quia in tali Syllogismo proceditur à non distributo ad distributum ex parte majoris extremi, quod in majori affirmativa est prædicatum, & etiam in conclusione negativa.

2. CONCLUSIO debet esse particularis in tertia Figura. Hinc non sequitur.

Omnis homo est rationalis:
Omnis homo est animal: ergo
Omne animal est rationale.

Ratio

Ratio regulæ eſt, quia in tali Syllogiſmo proceditur à non diſtributo ad diſtributum ex parte minoris extremi, quod in minori affirmativa, cujus eſt prædicatum, non diſtribuitur; in concluſione verò univerſali, cujus eſt ſubjectum, diſtribuitur. *Duæ iſtæ regulæ comprehenduntur hoc verſiculo.*

Sit minor affirmans; concluſio ſit ſpecialis.

CAPUT II.

De principiis perficientibus Syllogiſmi.

PRincipia *Perficientia* ſunt, quibus Syllogiſmi Imperfecti reducuntur ad perfectos. Sunt autem duo, *Converſio*, & præmiſſarum *Tranſpoſitio*; quibus additur *Expoſitio*.

Quinque igitur hoc capite explicabuntur, 1. *Converſio propoſitionum*. 2. *Diviſio Syllogiſmi in Perfectum & imperfectum*. 3. *Reductio Oſtenſiva Syllogiſmi Imperfecti ad Perfectum*. 4. *Syllogiſmus Expoſitorius & reductio per Expoſitionem*. 5. *Reductio per Impoſſibile.*

ARTICULUS I.

De Converſione propoſitionum.

C*Onverſio* eſt ſubjecti in prædicatum, & prædicati in ſubjectum, manente eadem qualitate enunciationis, mutatio: ut, *Omnis homo eſt animal, ergo Aliquod animal eſt homo.*

F E c I simpliciter, convertitur E v A p acci.

Prior enunciatio dicitur *Conversa*, posterior *Convertens*.

Manet eadem qualitas, cum ex affirmativa, infertur affirmativa, & ex negativa infertur negativa. Conversio est duplex: *simplex*, & per *accidens*.

Conversio *simplex* est, in qua servatur eadem quantitas propositionum; id est, quando universalis convertitur in universalem, vel particularis in particularem; ut; *Nullus homo est brutum; ergo, nullum brutum est homo.*

Conversio *per accidens* est in qua mutatur quantitas propositionum. id est, quando universalis convertitur in particularem: ut, *Omnis homo est animal, ergo Aliquod animal est homo.*

De conversione sunt 4. regulæ.

1. Universalis *negativa* convertitur simpliciter & per accidens: ut, *Nullum animal est planta: ergo Nulla planta est animal*, vel, *ergo Aliqua planta non est animal.*

2. Universalis *affirmativa* convertitur per accidens, non simpliciter: ut, *Omnis homo est animal, ergo Aliquod animal est homo*, non autem sic, *ergo Omne animal est homo.*

Ratio est; quia procederetur à non distributo ad distributum ex parte prædicati conversæ.

3. Particularis *Affirmativa* convertitur tantùm simpliciter; *Aliquis homo est albus; ergo Aliquod album est homo.*

4. Particularis *negativa* non convertitur: ut

non sequetur, *Aliquod animal non est homo, ergo Aliquis homo non est animal.*

Ratio est, quia procederetur à non distributo ad distributum ex parte subjecti conversæ.

In omni Conversione unum est præcipuè observandum; ut integra extrema transponantur, id est, totum subjectum fiat prædicatum, & totum prædicatum fiat subjectum. Unde non sequitur, *Homo videt lapidem, ergo Lapis videt hominem*: sed sic deberet inferri, *ergo, Aliquod videns lapidem est homo.*

ANNOTATIO.

Non egimus de conversione per contrapositionem, quia ad syllogisticum artificium non conducit, & qua parte utilis est, pertinet ad aliquem locum dialecticum. Nec putamus ista spinosa tyronibus esse proponenda, nisi perceptis prius planioribus & utilioribus.

ARTICULUS II.

De divisione syllogismi in Perfectum & Imperfectum.

SYllogismorum alius *Perfectus*, alius *Imperfectus*: Huc rejicienda fuit illa Divisio, quia sine principiis *Perficientibus* intelligi commodè prius non poterat.

Arist. l. 1. Prior. c. 1. Συλλογισμὸς τέλειός ἐστιν, ὁ μηδενὸς ἄλλου προσδεόμενος παρὰ τὰ εἰλημένα, πρὸς τὸ φανῆναι τὸ ἀναγκαῖον.

Syllogis-

Syllogiſmus *Perfectus* eſt, qui nullius alîus indiget, præter ea quæ ſumpta ſunt, neceſſarium ut appareat.

Id eſt, qui nullo indiget principio *Perficienti*, ut cuivis ſanæ mentis appareat neceſſaria ejus Conſequentia.

Tales Syllogiſmi ſunt tantum in quatuor primis modis *primæ* figuræ. *Barbara*, *Celarent*. *Darii*, *Ferio*.

Arist. ibid. Συλλογισμὸς ἀτελής ἐστι, ὁ προσδεόμενος ἢ ἑνός, ἢ πλειόνων, ἃ ἐστι μὲν ἀναγκαῖα διὰ τῶν ὑποκειμένων ὅρων, οὐ μὴν εἴληπται διὰ προτάσεων. Syllogiſmus *Imperfectus* eſt, qui uno pluribuſve indiget, quæ quidem per ſuppoſitos terminos ſunt neceſſaria, non tamen ſumpta ſunt per propoſitiones.

Id eſt, qui indiget uno principio *Perficienti* vel pluribus, ut cuivis ſanæ mentis appareat neceſſaria ejus conſequentia.

Tales ſunt omnes Syllogiſmi *ſecundæ*, & *tertiæ* figuræ, & quinque indirecti *primæ*.

Ut utraque Definitio meliùs percipiatur, advertendum, ad omnem Syllogiſmum adhiberi tria Principia, *Materialia*, *Formalia*, *Dirigentia*. Sed *Dirigentia* non eodem modo in omnibus adhibentur; in quibuſdam enim tam clarè ſervantur, ut quilibet ſanæ mentis videat Conſequentiam eſſe neceſſariam. Et hi dicuntur *Perfecti*: in aliis autem ſervantur obſcuriùs, ita ut rudiores interdum non videant Conſequentiā eſſe neceſſariam, Et hi dicuntur *Imperfecti*. Hi

ergo posteriores indigent quarto Principio, scilicet *Perficienti*, ut per reductionem ad perfectos Syllogismos probetur eorum Consequentia.

Jam facile est intelligere utramque Definitionem: *Præter sumpta*, id est, præter Principia, quæ in ipso servantur. *Indiget uno*, qui perfici potest sola Conversione. *Indiget pluribus*, qui præter Conversionem indiget Præmissarum transpositione. Quinam illi sint, jam dicetur.

ARTICULUS III.

De reductione Ostensiva Syllogismi Imperfecti ad Perfectum.

REducere Syllogismum est, ex Syllogismo Imperfecto Perfectum facere, ut ostendatur Imperfectum fuisse legitimum.

Triplex apud Dialecticos est Reductio *Ostensiva*, *per Expositionem*, & *per Impossibile*.

Reductio *ostensiva* est, cum in Syllogismo Perfecto, ad quem fit Reductio, infertur eadem conclusio, quæ inferebatur in Imperfecto, vel certè ejus Conversa, retento eodem medio. Cur addatur *vel certè ejus conversa*, postea patebat. Dicitur, *retento eodem medio*, ut distinguatur Reductio *Ostensiva* à reductione *per Expositionem*, in qua mutatur medium commune in singulare, ut declarabitur articulo sequenti.

Quanquam latiùs sumendo nomen Ostensivæ Reductionis,

Reductio Ostentiva est, quae fit solâ Propositionum Conversione, vel Trans:positione.

ductionis, pro illa omni, in qua infertur eadem conclusio qua inferebatur in Syllogismo Imperfecto, Reductio per Expositionem vocari possit Ostensiva.

Principia vel instrumenta Reductionis, ut diximus, duo sunt, *Conversio* & *Præmissarum transpositio.*

Totum reductionis artificium indicatur illis vocibus, quibus supra modi Syllogismorum sunt expressi. In quibus hæc notanda.

1. Quatuor sunt litteræ *Initiales* quatuor modorum Perfectorum, scilicet, *B*, *C*, *D*, *F*. Ab una istarum incipiunt reliqui modi omnes.

2. Prima littera cujusque modi Imperfecti significat illum modum reduci ad Perfectum ab eadem littera incipientem. Ut omnes qui incipiunt à B. reducuntur ad *Barbara*, qui à C. ad *Celarent*, &c.

3. Duæ consonantes, *S* & *P*, designant *Conversionem* propositionis significatæ per vocalem proximè præcedentem. *S*, quidem Conversionem *Simplicem* ; *P*, verò conversionem *Per accidens*, ut in *Cesare*, major convertenda est *simpliciter*, in *Camestres* minor & conclusio convertendæ *simpliciter*, in *Darapti* minor convertenda *Per accidens*.

4. Littera *M*, ubicunque posita significat *transponendas* præmissas: ut in *Camestres*, *Fapesmo*, &c.

5. Littera *C*, in medio posita denotat modum non posse reduci *Ostensivè*, sed tantùm *per Impossibile*. De quibus hi versiculi circumferuntur.

S, vult *simpliciter* verti ; P, vero *per acci:*
M, vult *transponi* ; C, *per Impossibile* duci.

Ut vero horum praxim tyrones videant & imitentur, subjiciemus duo exempla.

Ces *Nullum animal est planta.*
a *Omnis arbor est planta : ergo*
re. *Nulla arbor est animal.*
reducitur ad
Ce *Nulla planta est animal :*
la *Omnis arbor est planta : ergo*
rent. *Nulla arbor est animal.*

Dis *Aliquod animal est rationale :*
a *Omne animal est vivens : ergo*
mis. *Aliquod vivens est rationale.*
reducitur ad
Da *Omne animal est vivens :*
ri *Aliquod rationale est animal : ergo*
i. *Aliquod rationale est vivens.*

ARTICULUS IV.

De Syllogismo Expositorio & reductione per Expositionem.

Syllogismus *Expositorius* est, qui constat medio singulari, ut.
Joannes est probus.
Joannes est homo : ergo
Aliquis homo est probus.

Dividi ergo potest Syllogismus generatim acceptus

x Nam quorũ utrumq; differt ab eodẽ tertio incertũ est (saltē ex illo medio) quomodo se habeant ad invicē: hinc Syllogysm[us] ex puris Negativis non valet.

ceptus in Syllogismum constantem medio *communi*, de quo pleraque eorum quæ hactenus diximus intelligenda sunt; & constantem medio *singulari*, qui dicitur *Expositorius*.

Q. 1. Quare ille syllogismus vocatur *Expositorius*? R. duabus de causis. 1. quia est adeo clarus, ut rem oculis videatur exponere. 2. quia exponit Syllogismum constantem medio communi, ea ratione, quæ inferius proponetur.

Q. 2. Quæ sunt principia *Dirigentia* Syllogismi expositorii? R. dirigitur quidem etiam principiis Syllogismi constantis communi medio; duo tamen maxime ipsi accomodata solent assignari. Prius est *Affirmativum*; posterius *Negativum*, videlicet.

1. Quæcunque sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se.

2. Quæcunque sic se habent, ut unum sit idem uni tertio, alterum verò ab eodem diversum, sunt diversa inter se.

Ubi nomine *tertii* intelligitur aliquod singulare & incommunicabile. Quod posterius additur propter mysterium SS. Trinitatis, in quo tres personæ sunt eædem uni tertio singulari, scil. Deitati, nec tamen sunt eædem inter se, quia Deitas non est quid incommunicabile. Sed hæc omnino Dialecticis relinquenda sunt, & intra naturæ limites illis consistendum, ubi omne singulare est planè incommunicabile, ideoque Axiomata allata ibi semper verissima inveniuntur.

Q. 3. In qua *figura* aptissimè sit Syllogismus *Expositorius*? R. in *tertia*, quia ibi medium bis subjicitur; singulare autem medium, quali constat syllogismus *Expositorius*, aptissimè semper subjicitur. Propterea ad probandam conclusionem particularem, optimum est uti Syllogismo *Expositorio* in tertia figura.

Uter verò sit perfectior *expositorius*, an primæ, an tertiæ Figuræ disputent Logici. Certum illud est *Expositorium* tertiæ Figuræ esse valdè evidentem, quia clarissimè dirigitur principiis jam allatis, quæ lumine naturæ nota sunt, v. g. sit hic Syllogismus.

Judas damnatus est,
Judas fuit Apostolus, ergo
Aliquis Apostolus damnatus est.

Hic ex eo, quod *damnatus*, & *aliquis Apostolus* sint eadem uni tertio, nempe *Juda* inferuntur etiam inter se eadem esse.

Reductio *per Expositionem* est, cum medio singulari substituto in locum medii communis, infertur eadem conclusio, quæ inferebatur in Syllogismo de medio communi.

Hoc modo reducendos docet Aristotcles Syllogismos Imperfectos tertiæ figuræ, v. g. sit hic Syllogismus:

Omnis homo est rationalis,
Omnis homo est animal: ergo
Aliquod animal est rationale.

Sumam unum singulare contentum sub homine, illudque in ejus locum substituam, hoc modo; *Joan-*

Joannes est rationalis:
Joannes est animal: ergo
Aliquod animal est rationale.

ARTICULUS. V.

De Reductione per impossibile.

Reductio *per Impossibile* est, cum ex contradictoria conclusionis & una præmissarum infertur contradictoria alterius, præmissæ.

Ut verò cognoscatur, quomodo hæc Reductio facienda sit, & in cujus præmissæ locum subrogari debeat contradictoria conclusionis, notandæ sunt hæ regulæ.

Pro prima figura.

Major fit minor, ut sit contradictio major;
Excipe Celantes, in quo convertitur ordo.

Pro secunda figura.

Servat majorem variatque secunda minorem.

Pro tertia figura.

Tertia majorem variat, servatque minorem.

Ad quem vero modum ex quatuor Perfectis reducendi sint singuli Imperfecti cujuscunque figuræ duobus modis cognosci potest.

1. Ex dispositione præmissarum; quæ servatis jam dictis regulis, consurgit. Si enim assumendo contradictoriam conclusionis, loco unius præmissæ, & alteram retinendo, inveniantur duæ universales affirmativæ, reducetur Syllogismus ad *Barbara*, & sic de reliquis. Atque

Atque hic est optimus & facillimus modus.

2. Observando significationem vocum & vocalium, quæ continentur in hoc versu in eam rem a Dialecticis confecto.

Phœbifer axis obit terras, Sphæramque quotannis,

Ubi hæc observanda.

1. Duæ primæ *voces*, scilicet *Phœbifer axis*, quæ constant quinque syllabis, respondent quinque modis Imperfectis primæ Figuræ. Duæ sequentes, nempe, *Obit terras*, constantes quatuor syllabis, respondent quatuor modis secundæ Figuræ. Duæ ultimæ, videlicet, *Sphæramque quotannis*, in quibus sunt sex syllabæ, respondent sex modis tertiæ Figuræ.

2. Prima *syllaba*, seu potius vocalis prima, respondet primo *modo*, secunda secundo, & sic deinceps.

3. *Vocalis* cujusque syllabæ designat *quantitatem* & *qualitatem* conclusionis illius modi Perfecti ad quem facienda est Reductio; ut si sit vocalis, E, significat modum, ad quem reduci debet Syllogismus, constare conclusione *universali negativa*: qualis inter quatuor perfectos est *Celarent*, & sic de cæteris: verbi gratia, prima vocalis istius vocis; *Phœbifer*, quæ respondet modo *Baralip*, significat illum reducendum ad *Celarent*: secunda vocalis, quæ respondet modo *Celantes*, designat illum reducendum ad *Darii*, & sic deinceps. Rem uno atque altero exemplo declarabimus.

Exem-

us.
vo-
eam

quo-

xis,
in-
Duæ
qua-
un-
am.
pon-

ma,
t sic

anti-
nodi
t si
re-
ione
rfe-
gra-
quæ
edu-
re-
cen-
que

em-

Exemplum Reductionis *per Impossibile.*

Ba *Omne animal est substantia :*
ra *Omnis homo est animal, ergo*
lip. *Aliqua substantia est homo.*

Reducitur ad

Ce *Nulla substantia est homo,*
la *Omne animal est substantia : ergo*
rent. *Nullum animal est homo.*

Ubi vides 1. contradictoriam conclusionis poni loco majoris, 2. Majorem fieri minorem, ut præscribit Regula primæ Figuræ. 3. Inferri non quidem contrariam reliquæ præmissæ, sc. minoris, sed ejus conversam: bene enim sequitur per Conversionem Simplicem, *nullum animal est homo* (ecce conclusio syllogismi, ad quem facta est Reductio) *ergo nullus homo est animal* (ecce contraria minoris syllogismi, qui reductus est.)

Alterum exemplum reductionis *per Impossibile.*

Ces *Nullus homo est irrationalis :*
a *Omne brutum est irrationale : ergo*
re. *Nullum brutum est homo.*

Reducitur ad

Fe *Nullus homo est irrationalis,*
ri *Aliquod brutum est homo, ergo*
o. *Aliquod brutum non est irrationale.*

Ubi

Ubi vides 1. majorem servari suo loco 2. Contradictoriam conclusionis poni loco minoris, ut præscribit Regula secundæ Figuræ: 3. inferri Contradictoriam minoris, quæ erat reliqua præmissa. Ex his reliquæ *Reductiones* facilè formari possunt.

Q. Ad quid inventa est hæc *Reductio*? R. ad convincendum eum, qui concessis præmissis Syllogismi Imperfecti, negat ejus Consequentiam. Assumptâ enim contradictoriâ conclusionis, & alterâ præmissarum, quam concessit, cogitur admittere contradictoriam alterius præmissæ, quam tamen etiam concesserat.

TRACTATUS TERTIUS.

De Syllogismo Composito & Argumentationibus non Syllogisticis. Hujus Tractatus duo erunt Capita. In priori agetur de Syllogismo Composito. In posteriori de Argumentationibus non Syllogisticis.

CAPUT. I.

De Syllogismus Composito.

SYllogismus *Compositus* seu *Hypotheticus* est, cujus aliqua Enunciatio est Hypothetica. Estque triplex, *Conditionalis*, *Disjunctivus* & *Copulativus*. *Tria igitur in hoc capite explicabuntur.* 1. *Syllogismus Conditionalis.* 2. *Disjunctivus.* 3. *Copulativus.*

AR-

2.
no-
3.
re-
ilè

ad
ſis
en-
io-
co-
a-

ui-
nt
co.
i-

t,
.
&
-
-
-

S

firm
ma

sec

ma

de

I
I
Ar

I

ARTICULUS. I.

De Syllogismo Conditionali.

SYllogismus *Conditionalis* est cujus Major propositio est Conditionalis.

Hujus duo sunt Modi, quorum prior est *Affirmativus*; posterior *Negativus*. Modus *Affirmativus* hic est.

A positione Antecedentis ad Positionem Consequentis; non è contra: ut

Si anima sit immortalis, futurus ejus status maximè sollicitos nos tenere debet.

Sed anima est immortalis. Ergo

Futurus ejus status maximè sollicitos nos tenere debet.

Non verò sic valet consequentia.

Si Sinenses sunt Muhammedani sunt infideles.

Sed Sinenses sunt infideles. Ergo

Sunt Muhammedani.

Modus Negativus est hic.

A Remotione Consequentis ad remotionem Antecedentis; non è contra: ut,

Si virtus inest à natura, frustra esset disciplina.

Sed non frustra est disciplina. Ergo

Virtus non inest à natura.

Non autem sic sequitur,

Si Sinenses sunt Muhammedani, sunt infideles.

Sed Sinenses non sunt Muhammedani. Ergo

Non sunt infideles.

ARTI-

ARTICULUS. II.

De Syllogismo Disjunctivo.

1 SYllogismus *Disjunctivus* est, cujus Major Propositio est Disjunctiva.

Hujus duo sunt Modi.

1. Si Major Disjunctiva constet duobus membris immediatè oppositis, proceditur *à Positione alterutrius membri, ad Remotionem alterius*; *&* *è contra, A Remotione alterutrius ad positionem alterius*: ut,

Aut dies est, aut nox
Sed est dies. Ergo
Non est nox.
vel
Sed est nox. Ergo
Non est dies.
vel
Sed non est dies. Ergo
Est nox.
vel
Sed non est nox. Ergo
Est dies.

2. Si Major habet plura membra duobus, proceditur, A remotione reliquarum partium, ad Positionem unius.

Aut pax est, aut bellum, aut induciæ.
Sed nec pax, nec bellum. Ergo
Sunt induciæ.

Sed

ro-

em-
ione
&
aem

ous,
am,

Sed

Se
plen
falsa

SY
p
H
gati
teri

Po
ne

E
lu

Sed hîc cavendum, ut membra Disjunctionis plenè *enumerentur*, atque sint *opposita*; aliàs *falsa* & *neganda* erit *Disjunctio*.

ARTICULUS. III.

De Syllogismo Copulativo.

SYllogismus *Copulativus* est, cujus Major propositio est Copulativa negativa.

Hujus unicus tantùm est modus, isque Negativus seu

A Positione unius partis ad Remotionem alterius: ut,

Homo non est rationalis & insensitivus.
Sed est rationalis. Ergo
Non est insensitivus.

Cavendum ne à *Remotione* unius partis, ad *Positionem* alterius procedatur; quia possibile est neutram convenire: ut,

Homo non est planta & irrationalis.
Sed non est planta. Ergo
Est irrationalis.

CAPUT. II.

De Argumentationibus non Syllogisticis.

ARgumentatio *non Syllogistica* dividi solet in tres species, *Enthymema. Inductionem. Exemplum.* Quibus adjungimus quartum articulum, de *Sorite.*

ARTICULUS I.

De Enthymemate.

Arist. l. 2. prior. c. 27. Ἐνθύμημά ἐστι συλλογισμὸς ἐξ εἰκότων ἢ σημείων.

ENthymema est syllogismus (*imperfectus*) ex verisimilibus & signis. Ut *omne animal est substantia. Ergo, Omnis homo est substantia.*

Q. 1. Quis hic vocatur *Syllogismus Imperfectus?* R. Argumentatio, cui ad formam syllogisticam deest una præmissa. Itaque aliter hic accipitur *Syllogismus imperfectus*, quam superius. Ibi enim accipiebatur pro Syllogismo integro quidem, sed inevidenti: hîc autem pro Syllogismo mutilo, & cui pars una essentialis Syllogismi deest.

Q. 2. Quomodo distinguuntur *Probabile* & *Signum?* R. quod *Probabile* sit propositio probabilis: ut, *Omnis mater diligit filium*: *Signum* verò est quælibet propositio apta ad probandum, seu necessaria, seu probabilis. Itaque *Enthymema* potest constare qualibet materia, sive necessaria illa sit, sive probabilis tantùm.

Q. 3. Quomodo reducitur *Enthymema* ad Syllogismum? R. Additione unius præmissæ: ut hoc, *Omne animal est substantia, ergo Omnis homo est substantia*; reducitur additione hujus præmissæ, *Omnis homo est animal.*

Enthymema est Argumentatio in quâ ex una Praemissa infertur Conclusio.

Si Praedicatum Conclusionis sit in Prae:missâ minor deest, si non sit, major deest.

Ad Tract. 4. Artic. 1.

* Argumentatio ut contrahitur ad certam materiam, dividitur in Demonstrativam, Topicam et Sophisticam.

Differunt illae 1° ex parte medii quod est in Demonstratione necessarium, in Topico syllo. probabile, in Sophistico captiosum. 2° Ratione finis, qui in Demonst: est Scientia, in Topico syllog: opinio, in Elencho deceptio.

Ad quam verò Figuram quodque *Enthymema* reducatur, & utrius præmissæ additione, facilè videbit, qui artificium syllogisticum prius benè perceperit.

ARTICULUS. II.

De Inductione.

Arist.l.1. Top.c.2. Ἐπαγωγὴ δέ ἐστιν ἡ ἀπὸ τῶν καθ᾽ ἕκαστα ἐπὶ τὰ καθόλου ἔφοδος.

I*Nductio* est à singularibus ad universalia accessio.

Id est, Argumentatio, in qua enumeratis omnibus, vel pluribus minùs communibus, infertur universale distributum. Ut,

Petrus est risibilis:
Joannes est risibilis, & sic de reliquis: ergo
Omnis homo est risibilis.

Item.

Avaritia est vituperanda, & ita de cæteris:
Ergo, Omne vitium est vituperandum.

Q. 1. Quare dicitur in sensu, *minùs communibus?* R. Quia *Inductio* non modò procedit ab Individuis, sed etiam à quibuslibet minùs communibus, ut patet ex secundo exemplo. Unde per *Singularia*, intelligi debent, quæ minùs communia sunt.

Q. 2. Quare dicitur *omnibus vel pluribus?* R. quia Inductio est duplex, *Perfecta* & *Imperfecta.*

Perfecta est, in qua enumerantur omnia singularia: ut in superioribus exemplis. Omnia enim includuntur illâ clausulâ, *& sic de cæteris*; quæ addi solet, quando singularia nimis multa sunt.

Imperfecta est, in qua non enumerantur omnia singularia: ut,

Joannes est risibilis:
Petrus est risibilis.
Paulus est risibilis: ergo
Omnis homo est risibilis.

Quamvis autem in hac *Inductione* verbo non exprimatur relinqui idem judicium de cæteris; tamen tacitè relinqui debet, ut valida sit.

ARTICULUS. III.

De Exemplo.

EXemplum est ab uno singulari ad aliud propter aliquam similitudinem progressio.

Id est, Argumentatio, in qua unum singulare ex alio colligitur, ut,

David pœnitens misericordiam impetravit:
Ergo & nos impetrabimus, si pœnitentiam egerimus.

Item.

Absolon malè periit:
Ergo & hic rebellis patri filius malè peribit.

A R-

His adjungi solet Dilemma, Argumen-
-tatio (constans Syllogismo Disjunctivo)
quo factâ disjunctione Membrorum, ita
adversarium constringit utrinque ut quam-
-libet partem accipiat, causa tamen ca-
dit. dicitur et Cornutus Syllogismus, quia
utrinque ferit adversarium. ut,
Omnibus in hâc vitâ aut affectibus
indulgendum aut resistendum, sed qui
affectibus aut indulget aut resistit, non
est à malis liber, ergo nemo in hâc
vitâ est à malis liber.
Dilemma inefficax est, cum disjunctio non
est plena, cum utraque pars non ferit, cum
potest retorqueri; ut si Uxorem ducas
formosam habebis communem, si deformem
feres poenam, ergo nulla ducenda est.

ARTICULUS IV.

De Sorite sive Coacervatione.

SOrites est *Argumentatio*, in qua, continua serie multarum propositionum, de prædicato præcedentis propositionis semper dicitur novum prædicatum, donec ultimum prædicatum dicatur de primo subjecto. Ut,

Omnis homo est animal,
Omne animal est vivens.
Omne vivens est corpus,
Omne corpus est substantia.
Ergo omnis homo est substantia.

Hæc Argumentatio, etsi expressè non habeat formam syllogisticam, quando constat pluribus enunciationibus quàm tribus, continet tamen implicitè plures Syllogismos primæ Figuræ, in quibus posterior propositio sit *major*, prior verò *minor*: ut in allato exemplo, si primas duas propositiones invertas, habebis hanc dispositionem. *Omne animal est vivens, omnis homo est animal*, quæ est dispositio primæ Figuræ.

Nititur illa Consequentia hoc *Axiomate*:

Quidquid dicitur de prædicato universalis propositionis, dicitur de subjecto ejusdem.

Vocatur etiam hæc Argumentatio *à primo ad ultimum*, cujus nominis ratio ex ipsa Definitione manifesta est.

TRACTATUS QUARTUS
DE LOCIS.

DUæ sunt partes præcipuæ Dialecticæ. *Judicium* & *Inventio*, Hactenus de *Judicio* tantum egimus. Deinceps itaque de *Inventione* agendum erit.

Dividitur hic tractatus in duas Sectiones. Prior erit de locis Dialecticis. *Posterior de locis* Sophisticis, *sive de* Fallaciis.

TRACTATUS QUARTI SECTIO PRIMA.

De Locis Dialecticis.

HÆc Sectio dividetur in 4. Capita. Primum continebit quædam præambula ad locos Dialecticos. Secundum explicabit locos Dialecticos Internos. Tertium Externos. Quartum Medios.

CAPUT. I.

Quædam præambula ad locos Dialecticos.

TRia breviter hic tradentur. 1. *Divisio Syllogismi in Demonstrativum, Dialecticum, Litigiosum, & Pseudographum.* 2. *Quando Argumentatio*

Argumentatio ut contrahitur ad certã materiã, dividitur in Demonstrativã, Topicam et Sophisticam.
Differunt Illæ 1° ex parte Medij, q͠d est in Demonstratione necessariũ, in Topico Syllog. probabile, in Sophis:tico captiosum. 2° Ratione Finis, qui in Demonstr. est Scientia, in Topico Syllog. Opinio, in Elencho Deceptio.

gumentatio non syllogistica & materialis censeatur bona. 3. *Quid Locus & quotuplex.*

ARTICULUS. I.

Divisio Syllogismi in Demonstrativum, Dialecticum, Litigiosum & Pseudographum.

DIviditur Syllogismus ab Aristotele in *Demonstrativum*, *Dialecticum*, *Litigiosum*, & *Pseudographum*.

Arist. lib. To. 1. ca. 1. Ἀπόδειξίς ἐστιν, ὅταν ἐξ ἀληθῶν καὶ πρώτων ὁ συλλογισμὸς ᾖ, ἢ ἐκ τοιούτων, ἃ διὰ τίνων πρώτων καὶ ἀληθῶν τῆς περὶ αὐτὰ γνώσεως τὴν ἀρχὴν εἴληφε.

Demonstratio est, quando ex veris & primis Syllogismus erit, aut ex talibus, quæ per aliqua prima & vera, suæ cognitionis principium sumpserunt.

Id est, *Demonstratio* est Syllogismus, cujus præmissæ sunt primò veræ, vel ex primò veris evidenter probari possunt. Prioris partis exemplum est hoc, quod procedit à causa ad effectum.

Omne animal rationale est risibile:
Omnis homo est animal rationale: ergo
Omnis homo est risibilis.

Posterioris illud, procedens ab effectu ad causam.

Omne risibile est rationale:
Omnis homo est risibilis: ergo
Omnis homo est rationalis.

Arist. ib. Ἔστι δὲ ἀληθῆ καὶ πρῶτα, τὰ μὴ δι' ἑτέρων, ἀλλὰ δι' αὐτῶν ἔχοντα τὴν πίστιν.

Primò vera sunt, quæ non per alia, sed per seipsa fidem habent.

Id est, Propositiones *primò veræ* sunt, quæ non possunt probari per alias continentes causam veritatis ipsarum: ut, *Omne animal rationale est risibile. Omne totum est majus sua parte*, &c.

Arist. ib. Διαλεκτικὸς συλλογισμός ἐστιν, ὁ ἐξ ἐνδόξων συλλογιζόμενος.

Dialecticus Syllosgimus est, qui ex probabilibus est collectus.

Id est, cujus præmissæ sunt probabiles tantùm, ut,

Omnis mater diligit filium:
Hæc est mater: ergo
Hæc diligit filium.

Arist. ib. Ἐριστικὸς δὲ ἐστι συλλογισμός, ὁ ἐκ φαινομένων ἐνδόξων, μὴ ὄντων δέ· καὶ ὁ ἐξ ἐνδόξων δὲ ἢ φαινομένων ἐνδόξων, φαινόμενος.

Litigiosus est Syllogismus ex iis, quæ videntur probabilia, non sunt autem; vel qui ex probabilibus, aut ex iis quæ videntur probabilia, est apparens.

Id est, Syllogismus Litigiosus sive Sophisticus est, qui habet præmissas tantùm apparenter probabiles; vel consequentiam apparenter tantum probabilem; vel utrumque.

Primo membro continetur is, qui peccat in Materia tantùm: ut,

Quid-

Probabile est, q̄ omnibus videtur aut plerisq; aut sapientibus.

Syllog. sophisticus ē, qui probabilitatē mentitur

Quidquid non caret oculis, habet oculos.
Lapis non caret oculis, ergo
Lapis habet oculos.

Secundo is, qui peccat in Forma tantùm: ut,

Omnis mater diligit filium:
Omnis Pater diligit filium; ergo
Omnis pater eſt mater.

Tertio, qui peccat in Vtroque: ut,

Quidquid non perdidiſti habes:
Sed aurum habes; ergo
Aurum non perdidiſti.

Ariſt. ibid. Ψευδογράφημά ἐστιν, ἐκ τῶν οἰκείων μὲν τῇ ἐπιστήμῃ λημμάτων, οὐκ ἀληθῶν δὲ συλλογισμός.

Syllogiſmus *Pſeudographus* eſt, qui fit ex propriis diſciplinæ ſumptionibus non veris.

Id eſt, qui conſtant *Principiis* alicujus ſcientiæ malè intellectis, ut,

Omnes ſemicirculi ſunt æquales
Sed ſemicirculus majoris circuli, & ſemicirculus minoris ſunt ſemicirculi,
Ergo ſunt æquales

Minor à *Mathematicis* intelligitur de ſemicirculis ejuſdem circuli, & accipitur, quaſi intelligeretur etiam de ſemicirculis diverſorum circulorum.

Iſta diviſio, quæ à *Materia* petitur, hoc loco proponitur; quia Loci ſuppeditant materiam, *Dialectici* quidem præcipuè Syllogiſmo Dialectico; *Sophiſtici* Litigioſo.

ARTICULUS. II.

Quando Argumentatio non Syllogiſtica & materialis cenſeatur bona.

IN Locis agitur ordinariè de Argumentationibus, non *Formalibus*, qualis eſt Syllogiſmus; ſed *Materialibus*; in quibus diximus dari poſſe Antecedens verum Conſequente falſo, ſervata ſimili Forma: Quales ordinariè ſunt Argumentationes non Syllogiſticæ. Cùm autem hæ Argumentationes etiam bonæ ſint, videndum eſt quid requiratur ad eorum bonitatem.

Adverte ergo in omni Argumentatione non Syllogiſtica inveniri terminum *Inferentem* & *Illatum*.

Terminus *Inferens* eſt, qui ponitur tantum in Antecedente.

Terminus *Illatus* eſt, qui ponitur tantùm in Conſequente.

Quod ſi ponatur terminus aliquis in Antecedente & Conſequente (ut fit, quoties ſunt tantum tres termini) vocatur terminus *communis*: ut hîc, *Omnis homo eſt animal; ergo omnis homo eſt ſubſtantia*, terminus Inferens eſt, *Animal*; illatus, *Subſtantia*; communis *Homo*.

Tunc ergo Argumentatio materialis eſt *bona*, cùm in nulla ſimilis Formæ & Materiæ dari poteſt Antecedens verum Conſequente falſo.

Illæ

io-
gis-
nus
fal-
riè
am
nt,
ta-

on
&

in

in

e-
n-
r :
o-
i-

o,
o-

e

M
& i
Inf
nus
eti
non
ph
qu
hon
est

le
ha
lic

ter
co
qu
E
bo
ph
pl

Illæ verò Argumentationes dicuntur *similis Materiæ*, in quibus eſt idem terminus Inferens & illatus, vel ſaltem eadem habitudo termini Inferentis ad illatum. Id eſt, ſi in unâ terminus Inferens reſpectu Illati ſit genus, in altera etiam eſt genus, &c. Unde hæc Argumentatio non eſt bona, *Ariſtoteles eſt homo*, *ergo eſt philoſophus*; quia datur Antecedens verum Conſequente falſo in hac ſimili Materia; *Ruſticus eſt homo, ergo ruſticus eſt philoſophus*. Hîc enim eſt idem terminus *Inferens* & *Illatus*.

Adverte præterea Argumentationes illas dialecticè bonas cenſeri, quæ ut plurimùm non habent Antecedens verum Conſequente falſo, licet interdum habeant.

Adverte tertiò Argumentationem *materialiter* bonam aliquando latè ſumi, ut etiam illas complectatur, quarum Antecedens & Conſequens vera ſunt, licet Conſequentia nulla ſit. Et ſic iſta Argumentatio diceretur *materialiter* bona; *Ariſtoteles eſt homo, ergo Ariſtoteles eſt philoſophus*. Sed tales Argumentationes ſimpliciter non poſſunt dici bonæ, ſeu legitimæ.

ARTICULUS. III.

Quid locus, & quotuplex, & quot modis ab eo argumentemur.

LOcus eſt ſedes argumenti.

Duplex eſt: *Maxima* ſive *Axioma*, & *Differentia maximæ*.

Maxi-

Maxima, sive *Axioma*, est propositio generalis per se nota, per quam multa argumenta probantur: ut hæc,

Quidquid dicitur de Definitione, dicitur de Definito.

Locus *differentia Maximæ* est locus continens plures Maximas: ut, *locus à Definitione, à Definito, à Genere*, &c.

Triplex iste est, *Internus, Externus*, & *Medius*: de quibus ex ordine dicetur.

Dupliciter argumentamur à Locis Dialecticis; Affirmativè, dum Antecedens est affirmativum, *Negativè*: dum Antecedens est negativum.

Vtroque modo argumentamur tripliciter.

Ex parte *subjecti*, dum terminus *Inferens* est subjectum: ut, *Omnis homo est risibilis; ergo Petrus est risibilis.*

Ex parte *prædicati*, dum terminus *Inferens* est prædicatum ut, *planta non est animal; ergo planta non est brutum.*

Ex parte *utriusque*, dum & subjectum, & prædicatum est terminus *Inferens*; quod accidit, quando sunt duo termini *Inferentes*, & duo *Illati*; nullus communis: ut, *sobrietas est laudanda: ergo ebrietas est vituperanda.*

Vnde evadunt *sex modi* argumentandi, ex parte *subjecti* affirmativè, ex parte *prædicati* affirmativè, ex parte *utriusque* affirmativè, & totidem modis negativè.

CAPUT. II.

De Locis Internis.

LOcus *Internus* eſt, ex quo petuntur argumenta, quorum terminus *Inferens* eſt intrinſecus illato. Hos locos ſigillatim jam exponemus.

ARTICULUS I.

Locus à Definitione.

QUid ſit *Definitio*, dictum eſt tract. 2. p. 2. cap. 1. comprehendimus etiam *Deſcriptionem*.

Argumentamur à *Definitione* tribus modis; ex parte ſubjecti, prædicati, & utriuſque, juxta hæc Axiomata:

1. Quidquid affirmatur vel negatur de *Definitione*, affirmatur vel negatur de *Definito*.

2. De Quocunque affirmatur vel negatur *Definitio*, de eodem affirmatur vel negatur *Definitum*.

3. Si *Definitio* affirmetur vel negetur de *Definitione*, etiam *Definitum* aſſirmabitur vel negabitur de *Definito*.

Exemplum 1. ut, *Animal rationale eſt riſibile*; *ergo*, *Homo eſt riſibilis*.

Exemplum. 2. ut, *Homo eſt ſubſtantia materialis*; *ergo*, *Homo eſt corpus*.

Exem-

Exemplum 3. ut, *Animal rationale est substantia corporea ; ergo, Homo est corpus.*

Ad hunc locum revocantur.

Locus à *Differentia :*

Locus à *Proprietate* : denique

Locus à *Convertibilibus* ; quia ab omnibus, quæ inter se convertuntur, eadem est argumentandi ratio, & singulis, mutato nomine, accommodari possunt dicta Axiomata.

Eodem revocatur Locus ab *Etymologia* : sed hic non est tam frequens quam alii ; quia *Etymologia* plerumque non est convertibilis.

Loco à *Definitione* respondet Locus à *Definito*; à quo totidem modis argumentamur, & penes eadem Axiomata, mutato tantùm nomine *Definitionis* in nomen *Definiti*, & contra.

ARTCULVS II.

Locus à Genere ad Speciem.

ACcipitur hic *Genus* pro quolibet magis communi, seu *Toto universali* ; & *Species* pro quolibet minus communi, seu *Parte subjectiva.*

Argumentamur vel à *Genere distributo*, vel à *Genere non distributo.*

A *Genere distributo* argumentamur ad *certam Speciem* tribus modis, ex parte Subjecti, Prædicati, utriusque, tam affirmativè quam negativè juxta hæc Axiomata.

1. Quidquid affirmatur vel negatur de *Genere distributo* ; affirmatur vel negatur de *qualibet ejus Specie.*

2. De

b-

s,
n-
n-

ed
y-

to;
es
De-

n-
ro

à

um
di-
vè

ge-
bet
De

2a
nus t
gatu
3
gety
speci
rius
E
N
e
I
e
I
e
P
affi
que
rari
I
par
affe
qu
ut,
sig
Hy
H
Sp
dr

2. De quocunque affirmatur vel negatur *Genus distributum*, de eodem affirmatur vel negatur *qualibet Species.*

3. Si *Genus distributum* affirmetur vel negetur de altero *Genere distributo, qualibet ejus species* affirmabitur vel negabitur de *qualibet alterius specie.*

Exemplum 1. ut,
Nulla planta est lapis,
ergo, Nulla quercus est lapis,
Exemplum 2. ut, *Nulla planta est animal:*
ergo, Nulla planta est homo.
Exemplum 3. ut, *Nulla planta est animal:*
ergo, Nulla quercus est homo.

Posui exempla *negativa*; quia etsi argumenta affirmativa ab hoc Loco ex parte subjecti frequentissima fiunt; ex parte tamen prædicati sunt rariora; rarissima ex parte utriusque.

Huc pertinet Locus *à Toto in quantitate ad partem*, quod nihil est aliud, quam vocabulum affectum signo universali: ut, *Omne animal.*

Huc etiam revocatur Locus *à Toto in tempore*, quod est vocabulum significans omne tempus: ut, *Semper, Nunquam.*

Et Locus *à Toto in loco*, quod est vocabulum significans omnem locum: ut, *Ubique, Nullibi.* Exempla, ut, *Deus est ubique; ergo, & in terra. Hæreses semper fuerunt, ergo, & tempore Christi.*

A *Genere non distributo* argumentamur ad *Speciem* sub divisione tantùm. ut, *Animal est quadrupes, ergo, Homo vel brutum est quadrupes.*

Ad

Ad *certam Speciem* non licet argumentari.

ARTICULUS III.

Locus à Specie ad Genus.

A *Specie* ad *Genus distributum* argumentari non licet: ut, non sequitur, *Omnis homo est rationalis; ergo, Omne animal est rationale.*

Si tamen enumerentur *omnes Species*, licebit, quia tunc erit *Inductio.*

A *Specie* ad *Genus non distributum* argumentamur tribus modis: ut supra, affirmativè & negativè. Axiomata facilè formari possunt.

Exemplum 1. *Homo est rationalis: Ergo, Aliquod animal est rationale.*

Exemplum 2. *Joannes est homo: Ergo, est animal:*

Exemplum 3. *Aliquod corpus est album: Ergo, Aliqua substantia est colorata.*

Huc revocatur Locus *à Parte in quantitate, tempore, & loco:* à quibus ad totum non licet argumentari, nisi addita negatione impediente distributionem. ut, *Brutum non est rationale, ergo, Non omne animal est rationale. In Anglia non sunt lupi: ergo, Non ubique.*

AR-

T

noi

tur

in

à T

do

ph

A

ph

vo

a

ARTICULUS. IV.

Locus à Toto in modo.

T*Otum in modo* eſt nomen commune poſitum ſine reſtrictione, comparatum ad idem nonomen poſitum cum reſtrictione.

Pars in modo eſt nomen reſtrictum comparatum ad idem non reſtrictum : ut *Homo* eſt totum in modo ; *Homo doctus*, pars in modo. Itaque *à Toto in modo* argumentamur eodem plane modo, quo *à Genere ad ſpeciem.* ut, *Joannes non eſt philoſophus : ergo, Non eſt philoſophus eximius. Ariſtoteles eſt philoſophus eximius : ergo, eſt philoſophus.*

Videndum, ne ſumatur particula *Alienans* vel *Diminuens.* Unde non ſequitur.

Cadaver eſt homo mortuus :
ergo, eſt homo.
Æthiops eſt albus ſecundum dentes,
ergo, eſt albus.

ARTICULUS V.

Locus à Toto Integrali.

QUid ſit *Totum Integrale*, & quid *Partes Integrales*, dictum eſt tractatu 2.p. 2.c. 1. a. 1. *Partes Integrales* ſunt duplices, *neceſſariæ*, id eſt, ſine quibus totum eſſe non poteſt ; ut *funda-*

fundamentum in domo, *caput* in homine; &, *non necessariæ*, id est, sine quibus Totum esse potest; ut *fenestra* in domo; *manus* in homine. A *Toto integrali* ad *Partem* argumentamur juxta hæc Axiomata.

1. Posito Toto Integrali ponuntur omnes Partes *necessariæ*.

2. Ablato Toto aufertur aliqua Pars *necessaria*.

A Parte ad Totum argumentamur juxta hæc:

3. Positis omnibus Partibus *necessariis* ponitur Totum.

4. Ablata aliqua Parte *necessaria* tollitur Totum.

Exemplum 1. ut, *Domus est: ergo, Fundamentum est, tectum, parietes.*

Exemplum 2. ut
Non est domus:
ergo, Fundamentum non est, vel tectum, &c.

Exemplum 3. ut,
Fundamentum, tectum, parietes sunt;
ergo, Domus est.

Exemplum 4. ut,
Tectum non est:
ergo, Non est domus.

ARTICULUS VI.

Locus à Causa Materiali.

Causæ sunt 4. *materia*, *forma*, *efficiens*, *finis*. Materia est duplex, *permanens* & *transiens*.

Permanens, quæ manet in effectu: ut, *ferrum* in gladio. *Tran-*

T
ſpec
mat
ple
into
fec
effe
fier
fier
non
pa
tan
C
m
A

Transiens, quæ non manet: ut, *farina* respectu panis.

Argumentamur à *Materia* juxta hæc Axiomata:

1. Positâ *materiâ* fieri potest effectus; supple, quantum est ex parte *materia*.

2. Sublatâ *materiâ* fieri non potest effectus, intellige de materiâ *necessariâ*.

3. Sublata *materia permanente* tollitur effectus.

4. Si materia *transiens* non fuerit, non est effectus.

Exemplum 1. *Ferrum est; ergo, Gladius fieri potest.*

Exemplum 2. *Non sunt ligna; ergo, Domus fieri non potest.*

Exemplum 3. *Non sunt ligna; ergo, Domus non est.*

Exemplum 4. *Non fuit farina; ergo, Non est panis.*

Ab *Effectu* ad *Materiam* quomodo argumentandum si facilè ex dictis colligitur.

ARTICULUS VII.

Locus à Causa Formali.

Causa *Formalis* est Forma comparata ad Compositum quod constituit: ut, *Anima* ad hominem, *Albedo* ad album, *Nigredo* ad nigrum, &c.

Argumentamur à Causa Formali juxta hæc Axiomata.

1. Posita causa *Formali*, ponitur effectus; supple, si sit conjuncta materiæ.

2. Sublata causa *Formali*, tollitur effectus. Nullam patitur exceptionem.

3. Cujus *Forma* præstantior, ipsum præstantius: supple, cæteris paribus.

Exemplum 1. *Albedo est*, *ergo Album est*. Non tamen sequitur, *Anima rationalis est*: *ergo Homo est*; quia potest non esse conjuncta materiæ, ut accidit post mortem.

Exemplum 2. *Albedo non est*, *ergo Album non est*.

Exemplum 3. *Anima humana est præstantior formâ cœli*, *ergo*, *&* *homo cœlo*.

Ab Effectu *Formali* ad Causam *Formalem* argumentamur juxta has Maximas.

1. Posito *effectu Formali* ponitur causa Formalis. Nullam patitur exceptionem.

2. Sublato *effectu Formali* tollitur causa Formalis. Supple, vel non est conjuncta materiæ.

3. Si *effectus Formalis* est præstantior; Forma est præstantior: supple, nisi aliundè major illi præstantia proveniat. Exempla ex superioribus facilè formabuntur.

ARTICULUS VIII.

Locus ab Inesse ad Denominare.

ARgumentamur *ab Inesse* ad *Denominare* quando ex eo, quod Forma sit in aliquo, colligimus concretum de illo affirmari vel negari,

gar

ma

tic

tis
ſit
ſu
tu
c
b
p

V
I
ſ
v

n
i

n

gari, ut, *Albedo est in pariete; ergo, Paries est albus.* Pertinet itaque hic Locus ad *Causam Formalem.*

Servandæ autem potissimum sunt hæ Conditiones.

1. Vt *Forma* insit sufficienter, nimirum *satis intensè*, id est, perfectius quam forma opposita; *satis extensè*, id est, ultra mediam partem subjecti capacis; *& satis diu.* Hinc non sequitur, *Aquæ tepidæ inest calor; ergo, Est calida. Æthiopi inest albedo in dentibus; ergo, Est albus. Homini ex timore inest pallor; ergo, Est pallidus.*

2. Vt sumatur *proprium Concretum* formæ. Vnde non sequitur, *Dormienti inest visus; ergo, Dormiens videt.* Nam *videt* est concretum *visionis*, non visûs. Inferendum erat, *ergo est visivus.*

3. Ne sumatur concretum *extrinsecè denominans.* Vnde non sequitur; *Oculo inest visio; ergo, Oculus videtur.*

4. Vt modus *denominandi* respondeat modo *inexistendi*; id est, si Forma insit accidentaliter, concretum denominet acccidentaliter; si essentialiter, denominet essentialiter. Hinc non sequitur, *In albedine est color; ergo Albedo est colorata. In bursa est aurum; ergo Bursa est aurea.* Nam aurũ est in bursa *extrinsecè*, id est, non per modum partis: Illud verò concretum *aurea* denominat *intrinsecè*, id est, per modum partis, cùm significet *id quod ex auro componitur.*

Ab *denominare* ad *Inesse* argumentamur, quando ex eo quod concretum denominet, colligimus Formam inesse: ut, *Paries est albus*: *ergo*, *Ipsi inest albedo.*

Duo hîc specialiter observanda.

1. Ne concretum *extrinsecè* denominet. Vnde non sequitur; *Paries videtur*; *ergo*, *Parieti inest visio.*

2. Vt sit *proprium* concretum Formæ. Hinc nulla est consequentia, *Dormiens non videt*; *ergo*, *Illi non inest visus.*

ARTICULUS. IX.

Locus ab Efficiente.

CAusa *Efficiens* est, à qua aliquid fit, ut *Artifex* respectu domûs.

Hæc causa duplex est, una *necessaria*, id est, sine qua non potest esse effectus, nec contra: ut, *Ortus solis* respectu diei. Altera *Sufficiens* tantùm, id est, quæ sine effectu esse non potest, sed bene effectus sine ipsa; ut, *Jugulatio* respectu mortis. Non agitur hîc de causis liberis, sed naturaliter agentibus.

Argumentamur à causa *Efficiente* juxta hæc Axiomata.

1. Positâ causâ *necessariâ*, ponitur effectus; & contrà.

2. Sublatâ causâ *necessariâ*, tollitur effectus, & contrà.

3. Positâ

no

ctu

&

no

n

la
it

ju

c

3. Positâ causâ *sufficienti*, ponitur effectus; non tamen contrà.

4. Sublatâ causâ *sufficienti*, non tollitur effectus; sed bene contrà.

Exemplum 1. *Sol ortus est; ergo, Dies est*; & contrà, *Dies est; ergo, Sol ortus est.*

Exemplum 2. *Sol ortus non est; ergo, Dies non est*: & vice versa.

Exemplum 3. *Jugulatus est; ergo, Interiit*; non sic, *Interiit; ergo, Jugulatus est.*

Exemplum 4. Non sequitur, *Non est jugulatus; ergo, Non interiit*; sed sic, *Non interiit; ergo, Non est jugulatus.*

Argumentamur item penes hæc Axiomata.

Cujus causa *efficiens* bona, ipsum bonum: cujus mala, ipsum malum.

Cujus causa *interimens* bona, ipsum malum: cujus mala, ipsum bonum.

Exempla facilè occurrent.

ARTICULUS. X.

Locus à Potentia ad Actum.

Argumentamur à *Potentia* ad *Actum*, & contra: penes hæc Axiomata.

1. De quocunque negatur *Potentia*, de eodem negatur *Actus*; non contra.

2. De quocunque affirmatur *Actus*, de eodem affirmatur *Potentia*: non contrà.

3. Frustra est *Potentia*, quæ non reducitur ad

 Actum,

Actum, nec in se, nec in simili.

Exemplum 1. *Christus nunquam potuit peccare; ergo, Nunquam peccavit.*

Exemplum 2. *Deus quosdam ad vitam revocavit, Ergo, Potest mortuos ad vitam revocare.*

Exemplum 3. *Ethnici nunquam fecerunt miracula; ergo, Non possunt ulla facere.*

ARTICULUS. IX.

Locus, à Causa Finalis.

F*Inis* est, cujus gratia aliquid fit.

Medium est, quod ordinatur ad aliquid assequendum.

Ab hoc Loco argumentamur juxta has Maximas:

1. Cujus *Finis* bonus, ipsum bonum; cujus malus, ipsum malum.

2. Si *Finis* sit possibilis, Media sunt possibilia; & contra.

3. Obtento *Fine* cessant Media; nisi iisdem Mediis conservandus sit.

4. Positâ *Intentione* finis, eligenda sunt Media.

Exemplum 1. *Scientia est bona; ergo, Studium bonum,*

Item, *Occidere malum est; ergo & insidias struere.*

Exemplum 2. *Potes salvari; ergo, Potes Divinam legem servare.*

Exem-

Exemplum 3. *Pax est; ergo, Non pugnandum est.*

Non tamen sequitur; *Hic est doctus; ergo, Non amplius studet*; quia Doctrina conservatur studio.

Exemplum 4. *Vis esse doctus? ergo, Tibi studendum est.*

Possunt ex istis formari Axiomata comparantia.

Cujus *Finis* melior, ipsum melius; cujus pejor, ipsum pejus; cujus optimus, ipsum optimum; cujus pessimus, ipsum pessimum.

ARTICULUS XII.

Locus ab Appositione.

ARgumentamur ab *Appositione* sive adjunctione, cùm aliquam Denominationem de aliquo colligimus, ex eo quod ipsam alteri tribuat. Duo sunt Axiomata.

1. Propter quod unumquodque est *tale*, etiam illud est tale.

2. Propter quod unumquodque est *tale* & illud magis, *supple*, est tale.

Exemplum, 1. *Ignis calefacit aquam; ergo, Est calidus.* 2. Si inferas, *ergo, Est magis calidus, quàm aqua.*

Requiruntur autem hæ Conditiones. 1. non debet sumi causa *Intrinseca* respectu Effectus. Non enim sequitur, *Joannes est homo propter animam*

nimam; *ergo, Anima est homo*, vel *magis homo.*

2. Si sumatur causa *efficiens* debet sumi causa *univoca*, id est, ejusdem Speciei cum effectu. Unde non sequitur; *Terra est calida propter solem*; *ergo, Sol est calidus*, vel *magis calidus.*

3. Ut secundum Axioma locum habeat, debet sumi denominatio, quæ admittit *magis* & *minus*. Hinc non sequitur, *Lumen existit propter solem*; *ergo, Sol magis existit.* Usu deprehendes quædam alia requiri; sed hæc sunt potissima.

ARTICULUS XIII.

Locus à Generatione, Corruptione, & usu.

A *Generatione, Corruptione*, & *Usu* argumentamur juxta has Maximas.

1. Cujus *generatio* per se bona, ipsum bonum; cujus mala, ipsum malum.

2. Cujus *Corruptio* per se bona, ipsum malum: cujus mala, ipsum bonum.

3. Cujus *Usus* per se bonus, ipsum bonum: cujus malus, ipsum malum.

Exemplum 1. *Nativitas Christi bona*, *ergo ipse bonus. Moabi & Ammonis mala*; *ergo, Ipsi mali.*

Exemplum 2. *Mors furum bona*; *ergo, Ipsi mali. Mors patris filio nocet*; *ergo, Proderat pater.*

Exemplum 3. *Impugnare hæresim est bonum*, *ergo*

erg
D

se
bu
Ch
su
Ip

al

ni

d
fr

d

&
h

n
a

u

ergo est bona scientia. Commercium habere cum Dæmone malum est ; ergo, Magia mala.

Additum (*per se*) quia si ista non sint bona *per se*, sed tantùm *per accidens*, locum non habebunt istæ Regulæ. Non enim sequitur, *Mors Christi fuit nobis bona ; ergo, Ipse malus.* Sic si sumatur *Abusus* pro *Usu*, nihil concludetur : ut, *Inebriari malum est ; ergo, Vinum malum est.*

ARTICULUS XIV.

Locus ab Antecedente & Consequente.

ANtecedens dupliciter dicitur, *Illatione* & *Tempore*. Antecedens *Illatione* est id, quod alterum infert : ut, *Homo* respectu animalis.

Consequens, quod infertur ab altero. ut, *Animal* respectu hominis.

Antecedens *Tempore* est id, quod tempore debet alterum præcedere : ut *Flores* respectu fructum.

Consequens, quod alterum tempore sequi debet : ut, *Fructus* respectu florum

Dialectici potissimùm agunt de Antecedente & Consequente quoad *Illationem* ; de quibus hæc sunt Axiomata.

1. Posito *Antecedente* ponitur *Consequens* : non tamen posito *Consequente* ponitur *Antecedens*.

2. Ex opposito *Consequentis* sequitur oppositum *Antecedentis* ; non tamen ex opposito *Ante-*

Antecedentis sequitur oppositum *Consequentis.*

Exemplum 1. Bene sequitur, *Si homo est, animal est: sed homo est; Ergo, Animal est.* Non tamen sic, *sed animal est; ergo homo est.*

Exemplum 2. Bene sequitur, *Si homo est, animal est. Sed nullum animal est; ergo, Nullus homo est.* Non tamen sic, *Sed nullus homo est; ergo, Nullum animal est.*

Ab Antecedente & Consequente quoad *Tempus* contraria est argumentandi forma. Et ratio est, quia Antecedens *Tempore* est Consequens *Illatione*, & Consequens *Tempore*, est Antecedens *Illatione.* Vt non sequitur, *Sunt flores; ergo, Erunt fructus.* Sed sic, *Non sunt flores; ergo, Non erunt fructus.*

ARTICULUS XV.

Locus à communiter Accidentibus.

COmmuniter *Accidentia* sunt, quæ rem ordinariè circumstant. Horum quædam *præcedunt*, quædam *concomitantur*, alia *subsequuntur*. A quibus argumentamur secundum hoc Axioma.

Posito uno *communiter accidentium* verisimiliter ponitur & alterum. Intellige, *ordine* & *tempore*, quo illi conjungi solet: ut, *Sunt encæniæ; ergo, Erunt rixæ. Ille expallescit; ergo, Est sibi male conscius. Hic est commodis moribus; ergo, Bene est educatus.* Hæc de Locis Internis.

CAPVT

L
trin
mus

A
sed
me

xio

ut
esc

tu
it

CAPUT. III.

De Locis Externis.

LOcus *Externus* eſt, ex quo ſumuntur argumenta, quorum terminus *Inferens* eſt extrinſecus *Illato. De his Locis jam ſigillatim agemus.*

ARTICULUS I.

Locus ab Authoritate.

AUthoritas duplex eſt, *Divina* & *Humana.* Ab utraque argumentamur *affirmative*; ſed à divina *Infallibile*, non *Dialecticum* argumentum ducitur.

Ab *Humana* argumentamur juxta hoc Axioma:

Unicuique experto in ſua *arte* credendum eſt: ut, *Ariſtoteles dicit terram quieſcere*; *ergo, quieſcit.*

Ab authoritate *negata* non valet argumentum: ut, *Ariſtoteles hoc non dicit*; *ergo, non ita eſt.*

ARTICULUS II.

Locus à Simili & Pari.

S*Imilia* sunt, quæ alicujus attributi similem causam habent: *Paria*, quæ parem: ut, *Joannes parem habet rationem cur sit mortalis, quam Petrus.* Scilicet, quia est homo; idcirco Joannes & Petrus in hoc sunt paria. *Ratio habet similem causam ad imperandum appetitui, quam domina ad imperandum ancillæ*, nempe quia est superior, ideo Ratio & Domina sunt in hoc similia.

Argumentatur ab hoc Loco secundum hanc Maximam.

Similium similis est ratio: ut, *Domina debet imperare ancillæ; ergo, & ratio appetitui. Joannes est mortalis; ergo, & Petrus.*

A *Dissimili* & *Dispari* contrario modo argumentamur secundum hanc Maximam:

Dissimilium dissimilis est ratio. Sed hic Locus à *Dissimili* rarò est in usu.

ARTICULUS. III.

Locus à Majori & Minori.

M*Ajus* hîc est, quod est verisimilius. *Minus* verò, quod est minus verisimile. Itaque *majus* & *minus* sunt integræ propositiones. Sumun-

em
Fo-
am
an-
ſi-
do-
ſu-
ſi-

anc

bet
Fo-

gu-

Lo-

Mi-
ca-
es.
n-

Sun
mis,
mag
A
subj
juxt
S
nec
erit
F
re,
I
rios
I
perf
poss
A
seq
erge
A
per
S
mu
eric
M

Sumuntur tamen etiam pro *Simplicibus Terminis*, qui Propositiones, in quibus sunt, reddunt magis vel minus verisimiles.

Argumentamur *à majori* ad *minus* ex parte subjecti, prædicati, utriusque *negative* tantum, juxta hoc Axioma.

Si quod verisimilius videtur, verum non est, nec id quod minus verisimile videtur, verum erit.

Exemplum 1. *Rex non potuit arcem expugnare, ergo, Nec Dux poterit.*

Exemplum 2. *Non potes pati verbum injuriosum; ergo, Multò minus mortem.*

Exemplum 3. *Aristoteles non potuit unam rem perfectè comprehendere; ergo, Nos multò minus possumus comprehendere omnes.*

Affirmativè non argumentamur. Non enim sequitur, *Vir robustus potest illud pondus ferre; ergo, & puer.*

A *Minori* argumentamur *affirmative* tantum per hoc Axioma.

Siquod minus videtur verisimile, verum est: multò magis quod videtur verisimilius, verum erit: ut, *Puer potest illud pondus ferre; ergo Multò magis vir robustus.*

ARTI-

ARTICULUS. IV.

Locus à Comparatione.

A *Comparativo* ad *Positivum* argumentamur *affirmative tantum.*

A positivo ad comparativum *negativè* tantùm: ut, *Est melior, ergo, Est bonus. Non est bonus, ergo, Non est melior.*

Cavendum, ne comparativus sumatur *impropriè*, id est, pro opposito sumpto cum adverbio, *minus*: ut, *melior*, pro *minus malo.* Non enim sequitur, *Iste prædo est melior illo*; *ergò, Est bonus.*

Proceditur etiam à duobus positivis ad duos comparativos, & contra: ut, *Docti sunt honorandi; ergo, Doctiores sunt magis honorandi.*

ARTICULUS. V.

Locus à Repugnantibus.

A Quibusvis *Repugnantibus* argumentámur ex *affirmatione* unius inferendò *negationem* alterius, per hoc Axioma:

De quocunque affirmatur unum *Repugnantium*, de eodem negatur alterum: ut, *Æthiops est niger; ergo, Non est albus. Joannes est homo; ergo, Non est equus.*

Disparata nullum alium habent sibi proprium modum argumentandi.

II.

tamur

é tan-
on est

mpro-
dver-
Non
ergò,

duos
oran-

mur
nem

nti-
iops
no;

um
R-

S

præ
pto

ma

&
cu

nu
fir

nu

sa

ti
ai
vi

in
ne

u

ARTICULUS VI.

Locus ab Oppositis.

SPecialiter argumentamur à *Relativè* oppositis per hoc Axioma:

Relativa se mutuo ponunt & tollunt : ut, *Est præceptor ; ergo, Est discipulus. Non est præceptor ; ergo, Nec discipulus.*

A *Contrariis* argumentamur juxta has Maximas:

1. Cui convenit unum *contrariorum*, potest & alterum convenire. Subaudi, nisi insit naturà.

2. Si de aliquo subjecto capaci negatur unum contrariorum *immediatorum*, de eodem affirmabitur alterum.

Exemplum 1. *Hic ægrotat ; ergo, Potest sanus esse.*

Exemplum. 2. *Joannes non ægrotat ; ergo, Est sanus.*

A *Privantibus* argumentamur etiam à negatione unius de subjecto capaci ad affirmationem alterius: ut, *Hic homo non est cæcus ; ergo, est visivus.*

A *Contradictoriis* argumentamur à negatione unius de quocumque subjecto, ad affirmationem alterius; juxta hanc Maximam.

De quolibet est affirmatio vel negatio vera: ut, *Brutum non est homo ; ergo, Est non homo.*

Argumen-

Argumentamur rursum ab *Oppositis* juxta hanc Maximam:

Oppositorum opposita sunt consequentia. Valet in Relatis. Vt, *Omnis virtus est laudanda; ergo, Omne vitium est vituperandum.*

Cavenda duo. Vnum in *contrariis*, ne sumantur *contraria*, quæ opponuntur per excessum & defectum. Vnde non sequitur: *Avaritia est vituperanda; ergo, Prodigalitas est laudanda.*

Alterum utrobique, ne sumatur propositio per *accidens* vera. Vt non sequitur, *Album est dulce; ergo, nigrum est amarum.*

Hæc consequentia vocatur *consequentia oppositorum contra seipsa, vel ejusdem ordinis*: quia nempe subjectum Consequentis opponitur subjecto antecedentis, & prædicatum prædicato.

In aliis *Oppositis* maximeque in *Contradictoriis*, non utimur Consequentia ejusdem ordinis, sed inversi: ut, *Omnis homo est animal; ergo, Omne non animal est non homo.* Sed hæc Consequentia refertur ad Locum ab *Opposito* Consequentis ad oppositum antecedentis. Semper enim prædicatum universalis affirmativæ est Consequens subjecti.

CAPUT IV.

De Locis Mediis.

Locus *Medius* est, ex quo sumuntur argumenta, quorum terminus *Inferens* non est omnino intrinsecus, nec omnino extrinsecus *Illato.*

ARTI-

C
Co

ni
ju
&

ex
m

C
br

à
du
es
es
es

m

ve
fo

p

ARTICULUS I.

Locus à Conjugatis & Casibus.

CONJUGATA sunt plura, quorum unum ab altro derivatur; nimirum Abstractum & Concretum; ut, *Justus* & *justitia*.

Casus sunt plura, quæ ab eodem derivantur; nimirum plura Concreta & Denominativa ejusdem Formæ: ut, *Sapiens & sapienter*, *Justus* & *justè*.

Argumentamur ab illis primò ex parte unius extremi, tribuendo aliquid denotans bonum vel malum, juxta hoc Axioma.

Cum quo cohæret unum *Conjugatorum* vel *Casuum*, cum eo cohæret & alterum; ut, *Sobrietas est laudanda; ergo, sobrius est laudandus.*

Argumentamur secundò ex parte utriusque, à duobus Abstractis ad duo Concreta, vel à duobus Concretis ad duo Abstracta: ut, *Albedo est color; ergo, Album est coloratum. Album est coloratum; ergo, Albedo est color. Justum est bonum; ergo, Quod justè fit, benè fit.*

Observandæ sunt duæ Conditiones potissimum.

1. Ut sumantur *conjugata* significatione convenientia. Unde non sequitur, *Turpitudo est forma; ergo, Turpis est formosus.*

2. Ut sumantur propositiones *Essentiales*; non prædicationes per accidens. Unde non sequitur:

tur: *Album est dulce, ergo, Albedo est dulcedo.*

Terminus *Inferens* in hoc Loco dicitur partim intrinsecus, partim extrinsecus *Illato*; quia conjugata & casus sumuntur, ut significatione formali convenientia, sed differentia in modo significandi.

ARTICULUS II.

Locus à Divisione.

DE *Divisione* dictum est tract. 2. p. 2. c. 2. Agimus autem præcipuè de *Divisione* totius *Universalis*; quia illa maximè est in usu; à qua argumentamur juxta hæc Axiomata.

1. Affirmato *Diviso*, & negatis omnibus *membris* dividentibus, excepto uno, concluditur quod est reliquum.

2. A Quo removentur omnia *membra* dividentia, ab eodem removetur *Divisum*.

Exemplum 1. *Equus est animal; & non est homo; ergo, Est brutum.*

Exemplum 2. *Planta non est homo, nec brutum; ergo, Non est animal.*

Argumentum ab Affirmatione *unius membri* ad Negationem *alterius* potius confirmari solet per Locum à Repugnantibus. *Hæc de Locis Dialecticis.*

TRACTATUS QUARTI SECTIO POSTERIOR.

De Locis Sophisticis.

LOcus *Sophisticus* est sedes argumenti sophistici: id est, ex quo sumuntur Argumenta fallacia.

Nota hîc nomen *Fallaciæ* tribui aliquando ipsi Loco sophistico; sæpius verò fallaci Argumentationi, & in hac posteriori significatione illo utemur.

Dividetur hæc Sectio in duo capita. Prius explicabit Fallacias in Dictione. Posterius Fallacias extra Dictionem.

CAPUT. I.

De Fallaciis in Dictione.

IN hoc capite ita procedetur; 1. agetur de Metis Sophisticis. 2. de Fallacia in communi, ejusque Divisione. 3. de singulis Fallaciis in Dictione.

ARTICULUS I.

Quot sunt metæ Sophisticæ.

M*Eta sophistica* est scopus, ad quem *Sophista* fallaci argumento Respondentem conatur deducere. Sunt quinque: *Redargutio, Falsum,*

ſum , *Inopinabile* , *Solœciſmus* , *Nugatio.*

Meta *Redargutionis* eſt prænegati conceſſio, vel præconceſſi negatio, in eadem diſputatione. Ut ſi Reſpondens negaverit *Dormientem videre*, & poſtea cogatur concedere, quia *Dormiens habet viſum.*

Meta *Falſi* eſt conceſſio manifeſtè falſi, vel negatio manifeſtè veri. Ut ſi cogatur Reſpondens admittere, *Hominem habere alas*; quia, *Eas non amiſit.*

Meta *Inopinabilis* eſt conceſſio ejus, quod communi hominum opinioni repugnat ; vel ſaltem circumſtantium, Vt ſi apud imperitos Sophiſta cogeret Reſpondentem admittere, *Solem eſſe majorem tota terra* ; apud peritos verò, *minorem.*

Meta *Solœciſmi* eſt incongrua locutio. Vt, ſi Reſpondens cogatur admittere hanc locutionem ; *Omnis mulier eſt ſenſitivus*, propter hoc argumentum,

Omnis homo eſt ſenſitivus.
Omnis mulier eſt homo, ergo
Omnis mulier eſt ſenſitivus.

Meta *Nugationis* eſt ejuſdem vocis inutilis reperito. Vt ſi quis cogatur ſic loqui, *Aliquis naſus eſt naſus ſimus*, Vbi inutiliter *naſus* repetitur propter hoc argumentum,

Omnis ſimus eſt naſus ſimus,
Aliquis naſus eſt ſimus, ergo
Aliquis naſus eſt naſus ſimus

AR-

A

lid
Æc

est
ve

ist

&

re

pa

D

ARTICULUS. II.

De Fallacia in communi, ejusque Divisione.

AD omnem *Fallaciam* duo concurrunt. 1. causa *Apparentiæ*. 2. causa *Defectûs*.

Causa *Apparentiæ* est id, ratione cujus valida videtur Argumentatio. Vt in Fallacia Æquivocationis, *identitas* vocis æquivocæ.

Causa *Defectûs* est id, ratione cujus invalida est Argumentatio. Vt in eadem Fallacia, *diversa significatio* vocis æquivocæ.

Causa Defectus etiam vocatur *Causa non Existentiæ*.

Dividitur Fallacia in Fallaciam in *Dictione*, & Fallaciam extra *Dictionem*.

Fallacia in *Dictione* est, quæ causam Apparentiæ habet in dictione, seu voce.

Fallacia extra *Dictionem* est, quæ causam Apparentiæ habet in rebus per voces significatis.

Fallaciæ in Dictione sunt quinque, Fallacia *Æquivocationis*, *Amphiboliæ*; *Compositionis & Divisionis*, *Accentus*, *Figuræ dictionis*.

ARTICULUS. III.

De Fallacia Æquivocationis, Amphiboliæ & Accentus.

FAllacia *Æquivocationis* est, quæ provenit ex voce æquivoca æquivocè sumpta; ut,

Omnis canis latrat,
Sidus cœleste est canis, ergo,
Sidus cœleste latrat.

Mutatur significatio nominis, *canis.*

Fallacia *Amphiboliæ* est, quæ provenit ex oratione vario sensu accepta: ut,

Qui arat littus, scindit terram.
Sed operam perdens arat littus. ergo,
Operam perdens scindit terram.

In vario sensu accipitur illa oratio, *arat littus.*

Fallacia *Accentûs* est, quæ provenit ex accentu unius vocis mutato. Sub Accentu comprehenditur *Quantitas*, & *Spiritus*: ut,

Qui lepores venatur, canibus indiget,
Poëta lepores venatur, ergo
Poëta canibus indiget.

Mutatur accentus vocis, *lepores.*

ARTICULUS IV.

De Fallacia Compositionis & Divisionis.

NOta quasdam propositiones, & potissimum eas, quæ constant terminis connotativis seu denominativis, habere duplicem sensum, *Compositum* & *Divisum*. Talis est hæc propositio, *Possibile est album esse nigrum.*

Sensus *Compositus* est, si formale significatum prædicati applicetur formali significato subjecti.

Divisus, si applicetur tantùm materiali. Unde prædictæ propositionis sensus compositus est hic, *Possibile est album manens album esse nigrum,*

+ et uni competere videtur, q° alteri.

grum, sive, *ut albedo & nigredo simul in eodem sint.* Divisus sensus est hic, *Possibile est id, quod est album, non tamen manens album, esse nigrum.*

Fallacia *Compositionis* est, cùm propositio vera in sensu diviso, falsa est in sensu composito: ut,

Possibile est omnem parietem esse album,
Sed aliquis paries est niger, ergo,
Possibile est aliquid nigrum esse album.

Hoc argumentum, ut legitimum sit, debet sumi Conclusio in sensu *Diviso*, sic enim vera est, & recte sequitur ex Antecedente; si autem sumatur in sensu *Composito*, est *Fallacia Compositionis.*

Fallacia *Divisionis* est, cum propositio vera in sensu Composito, falsa in diviso, sumitur tamen in sensu Diviso: ut,

Impossibile est album esse nigrum,
Hic paries est albus, ergo,
Impossibile est hunc parietem esse nigrum.

Major vera est in sensu *Composito*, sed in *Diviso* falsa; in quo tamen deberet sumi, ut illud Consequens falsum ex ea colligeretur.

ARTICULUS V.

De *Fallacia Figuræ dictionis*

FAllacia *Figuræ dictionis* est, quæ provenit ex vocum diversarum similitudine. Fit dupliciter, secundum proprietates *Grammaticas*: ut,

Pons est masculini generis; ergo, & frons. 2. secundum proprietates *Dialecticas*, idque duobus modis 1. Explicitè: ut, *Coloratum est prædicamenti qualitatis; ergo, & lineatum.* 2. Implicitè, cum sub uno signo significante Substantiam subsumitur Quantitas, vel Qualitas, aut contra.

Significant Substantiam, *quidquid*, *omne*, *quodcunque*, &c. Quantitatem, *quantus*, *quantuscunque*, &c. Qualitatem, *qualis*, *qualiscunque* &c. Exemplum est.

Quidquid heri emisti, comedisti,
Carnem crudam heri emisti, ergo,
Carnem crudam comedisti.

Hic enim Substantiæ significatæ *per quidquid* subsumitur Qualitas, nempe *cruditas*.

CAPUT II.

De Fallaciis extra Dictionem.

F*Allaciæ extra Dictionem sunt septem. Fallaciæ Accidentis, Dicti secundum quid, & Dicti simpliciter, Ignorationis Elenchi, Consequentis, Petitionis principii, Non causæ ut causæ, Plurium interrogationum ut unius.*

ARTICULUS I.

De Fallacia Accidentis.

A*Ccidens* hìc dicitur, quidquid aliquo modo distinguitur ab altero, de eo tamen prædicari potest *sive essentialiter, sive accidentaliter.*

Itaque

Quando accidentariũ aliq⁹ confunditur cum eo quod ē essentiale et principaliter intentum.

Itaque Accidentia respectu hominis sunt, *anima*, *risibile*, *album*, & reliqua ipsius prædicata. Cum verò omne id, quod de altero prædicatur debeat esse aliquo modo idem cum illo, ut patet ex tractatu de prædicatione; fit ut Accidens aliquo modo distinguatur, aliquo modo sit idem cum eo, cujus dicitur Accidens: ut, *Animal* est aliquo modo idem quod *homo*; quia homo comprehenditur in significatione animalis; & est aliquo modo diversum, quia *animal* præter *hominem* includit etiam *brutum*.

Ex hac aliquali unitate & diversitate Accidentis cum subjecto oritur hæc Fallacia.

Igitur Fallacia Accidentis est in qua malè infertur aliquid convenire rei ex eo, quod conveniat ejus Accidenti: ut, *Animal est quadrupes; ergo, Homo est quadrupes.* Ratio est, quia *Accidens* non sumitur, quatenus est idem cum re, cujus est accidens; sed quatenus diversum: ut ibi, *animal* sumitur pro bruto, quod est diversum ab homine.

Huc pertinent omnia Argumenta à non Distributo ad Distributum, à Genere non distributo ad certam speciem, &c. procedentia, modò in re ipsa, & non in sola voce apparentiam habeant, &c.

ARTICULUS. II.

De Fallaciâ Dicti secundum quid, & Dicti simpliciter.

NOta in hoc loco usum esse duplicis Determinationis potissimum; *Alienantis*, & *Diminuentis*.

Determinatio *Alienans* est, quæ planè tollit significationem vocis cui conjungitur; ut, *mortuus*, respectu vocis, *homo*.

Diminuens est, quæ non quidem planè tollit significationem vocis; eam tamen ita minuit, ut ei possit tribui, cui sine ista Determinatione tribui non posset: ut, *secundum dentes*, respectu *albi*. Dicitur enim *Æthiops albus secundum dentes*; qui simpliciter albus dici non potest.

Igitur *Dictum simpliciter* est vox absolute posita: ut, *albus*.

Dictum secundum quid est vox sumpta cum Determinatione Alienante vel Diminuente; ut, *Albus secundum dentes*.

Fallacia ergo *Dicti secundum quid*, & *Dicti simpliciter* est, in qua proceditur à Dicto secundum quid ad Dictum simpliciter; vel contra: ut, *Æthiops est albus secundum dentes, ergo est albus*. Vide Locum à *Toto in modo* ad Partem. Argumenta enim, quæ contra Regulas illius Loci peccant, sunt Fallaciæ huc pertinentes.

AR-

er-
&
llit
or-
llit
uit,
one
ctu
um
po-
um
te;
icti
un-
ut,
bus.
gu-
oci
R-

Elenchus ē, cum ea pro veris Contradictorijs accipiuntur, quæ non sunt talia.

Fallacia petitionis principij ē, cum id sumitur tanquam principiū probationis quod non erat concessum.

ARTICULUS. III.

De Fallacia Ignorationis Elenchi.

E*Lenchus* idem est quod redargutio, id est, contradictorii admissio.

Fallacia *Ignorationis Elenchi* est, in qua colligitur id quod apparet esse contradictorium ejus, quod alterum est; revera tamen non est contradictorium. Ut autem aliquæ propositiones sunt *Contradictoriæ*, requiritur ut extrema illarum in eadem planè *significatione* sumantur. Unde si quis defendat *Platonem fuisse doctiorem Aristotele*, intelligendo, *in rebus* Divinis; alius vero inferat, *Platonem non fuisse doctiorem Aristotele*, intelligendo *in rebus humanis*, erit Fallacia *Ignorationis Elenchi*.

ARTICULUS IV.

De Fallacia Petitionis principii.

P*Etere Principium* est probare idem per idem, vel per aliud obscurius aut æque obscurum; ut si probes *Aliquem hominem esse justum*, quia *Aliquis homo est justus*, vel quia, *Omnes homines sunt justi*. Sæpe committitur hæc Fallacia, cum obscurioribus verbis, & per ambages idem per seipsum probatur.

ARTICULUS V.

De *Fallacia Consequentis.*

FAllacia *Consequentis* est, in qua ex Consequente infertur Antecedens, vel ex opposito Antecedentis oppositum Consequentis: ut, *Si homo est, animal est, sed animal est ergo, Homo est.* Item, *Si homo est, animal est, ergo, Si homo non est, animal non est.*

Directè opponitur hæc Fallacia Loco ab *Antecedeute* & *Consequente*, ad quem idcirco erit recurrendum.

ARTICULUS VI.

De *Fallacia non Causæ ut Causæ.*

FAllacia *non Causæ ut causæ* est, cum falsitas conclusionis, proveniens ex una præmissa falsa, attribuitur alteri præmissæ veræ, quæ causa non est. Hinc dicitur Fallacia *non Causæ ut causæ*, quia illa propositio, quæ non est causa falsitatis conclusionis, sumitur tanquam ejus causa; ut si quis ita discurrat, *Omnis virtus est laudanda. Sed omnis prodigalitas est virtus. ergo, Omnis prodigalitas est laudanda. Atqui consequens illud est falsum. ergo, Falsa est major,* scilicet; *Omnis virtus est laudanda.* Inferendum erat minorem esse falsam.

F

resp

ut

ma

si n

vit

dur

est.

ARTICULUS. VII.

De Fallacia Plurium Interrogationum ut unius.

FAllacia *Plurium Interrogationum ut unius* est, cùm ad plures Interrogationes petitur responsio una, tanquam si esset una Interrogatio; ut si petat Sophista, *Homo & lapis suntne animal?* Si affirmes, inferet *Lapidem esse ainmal*; si neges, inferet *Hominem non esse animal.* Ad vitandam fraudem pluribus responsionibus utendum est, dicendò; *Homo est animal*; *lapis non est.*

FINIS.



LOGICA APODICTICA,

Sive

Tractatus brevis de Demonstratione.

CAPUT. I.

De natura Demonstr. & scientiæ.

1. SYllogismus pro triplici varietate medii & finis in tres species vulgo distribuitur, *vz.*

1. *Apodicticum* (seu *Demonstrativum*) cujus finis est *scientia*, medium probandi necessarium.
2. *Dialecticum* (sive *Topicum*) cujus finis est *Opinio*, medium probabile.
3. *Sophisticum*, cujus finis est *Deceptio*, medium fallax & captiosum.

2. *Demonstratio* (ut à nomine ordiamur) sumitur uel

1. *Generaliter*, & sensu magis populari, pro quavis declaratione, sive necessaria, sive tantùm probabili ; ut cum Aristoteles *argumentationes oratorias ἀποδείξεις* appellat, Elench, cap. 5. t.7.

2, Spe-



2. *Specialiter*, & sensu magis Philosophico, *pro Syllogismo Necessario.*

3. *Specialissime* & κατ' ἐξοχὴν, pro (nobiliori specie) *Demonstratione* διότι, quomodo sæpius apud Arist. in Anal. Post. & hæc de nomine.

3. Demonstrationis apud Arist. binæ extant *Definitiones*, quarum, 1. sensu ei secundo, æque ac tertio competit, & sic habet Ἀπόδειξίς ἐστι συλλογισμὸς ἐπιστημονικός. *Demonstratio est syllogismus scientificus.* Vox autem (*Scientificus*) potest intelligi, ut indicet, vel

1. Post. c. 3.

1. *Causam efficientem instrumentalem*, respectu causæ principis, *vz.* Intellectus humani, cujus instrumentum est *Demonstratio.*

2. *Causam finalem*, cum Scientia sit finis & meta *Demonstrationis.*

4. Altera Demonstationis *Definitio* (seu potius *Descriptio*) convenit ei præcipuè tertio sensu, quæ talis est. Ἀπόδειξίς ἐστι συλλογισμὸς ἐξ ἀληθῶν, καὶ πρώτων, καὶ ἀμέσων, καὶ γνωριμωτέρων καὶ προτέρων, καὶ αἰτίων τοῦ συμπεράσματος. *Demonstratio est Syllogismus ex* (*præmissis*) *veris, primis, immediatis, notioribus, prioribus, & causis conclusionis.*

Arist. ibid.

Q. 1. Quid ea verò est *Scientia*, quam Demonstrationis seu effectum, seu finem statuimus ?

R. Distribuenda est hìc *Scientia* (prout antea *Demonstratio*) in eam quæ dicitur,

1. *Laxius*,

1. *Laxius*, & sensu magis vulgari; sic erit quævis *Cognitio certa* & *evidens*, undecunque comparata.
2. *Strictius*; quo sensu definit Aristoteles esse *Cognitionem rei per causam* (scil. proximam) & quod aliter se habere non potest.

Estque vel

1. *Simplex & inadæquata*; *vz.* alicujus conclusionis particularis, v. g. in Physiologia, *Omne corpus est in loco.*
2. *Complexa, & totalis*; quæ nimirum conflatur ex multis conclusionibus simplicibus; qualis est ipsa universa *Physiologia.* Neutra hic excluditur.

Ex Definitione prædicta sequitur; Ad Scientiam utrovis modo acceptam requiri duplicem *Certitudinem*,

1. *Objecti* (scibilis.)
2. *Subjecti* (scientis) & hæc sæpius *Evidentia* dicitur.

Per illam Certitudinem distinguitur *Scientia* ab *Errore*, per istam tum ab *Errore*, tum ab *Opinione*. nam *Opinio* est *assensus aut incertus aut saltem inevidens, cum formidine oppositi.*

Formido autem ista vel est

1. *Actualis*, cum quis de facto hæsitat circa conclusionem propositam.
2. *Radicalis*, cum hæsitare saltem potest,

fic
ns;

te-
am
ſe

u-
g.
in

m
us
rſa
li-

ci-
m

E-

ia
ab
nt

e-
n.
o-
ſt,

L
Op
teſt
dub
ſæp
C
ren
pore
C
tell
R.
ſtri
lis
rum
ſeu
Sci
pro
eiic
C
con
def
tür
rel
C
con
I

test, & debet; quia non fundatur ejus *Opinio* in medio necessario.

Formido posterior est *de ratione seu essentia* Opinionis, non vero prior; cum fieri potest ut circa rem nudè opinatam actualis nulla dubitatio suboriatur; quod in *Hæreticis* & aliis sæpe contingit.

Coroll. Hinc sequitur Scientiam & Opinionem nunquam esse *in eodem Subjecto, eodem tempore, & de eodem Objecto.*

Q. 2. Nunquid ergo est Cognitio aliqua intellectiva, quæ non est eadem *Demonstrativa*? R. Omnino est; modo *Scientia Demonstrativa* strictè accipiatur, prout antea exposuimus. Talis enim est *cognitio Præmissarum*, sive *Principiorum*, quæ non innotescunt per *Demonstrationem* seu cognitionem *Dianoeticam* (in suis saltem Scientiis) sed ubi intelliguntur termini, suo se produnt lumine, & eorum cognitio dicitur *Noetica*, sive *Intelligentia.* quæ e habitus primorum Principiorum

Q. 3. Cum vero Demonstratio describitur constare *ex primis*, quid opus erat adjungere in definitione, *Ex prioribus*? R. Præmissæ dicuntur *primæ*, absolutè & in se; *priores*, habita relatione ad Conclusionem.

Q. 4. Quid hoc sibi vult præmissas unde constat Demonstratio, esse *immediatas*?

R. *Immedietas* est duplex,

1. *Subjecti*, quando prædicatum dicitur de suo subjecto primo & adæquato: ut hîc, *Homo est risibilis.*

2. *Causa*, quando prædicatum inest subjecto, nulla mediante causa; ut hîc; *Homo est rationalis: Nulla enim potest assignari causa (naturalis) cur Homo sit rationalis.*

In Demonstratione *Potissima* reperitur utraque Immedietas; causæ in *Assumpto*, subjecti in *Propositione*.

Q. 5. Quomodo sunt Præmissæ *notiores Conclusione*? R. 1. Non sunt notæ omnino *Apodicticè*, seu cognitione *Demonstrativâ*, quod ante diximus; (nam ejusmodi cognitio est solius conclusionis.) 2. Sunt notiores *quoad naturam*; quia naturà priores. Sed 3. *Quoad nos* conclusio est notior præmissis (saltem *confusè*) quoniam est sensui propinquior. Sic enim est omnis effectus notior sua causa, & omne inferius superiori.

Q. 6. Quo sensu sunt præmissæ *causæ Conclusionis*? R. Sunt causæ non solum *Inferendi* (ut in quovis alio Syllogismo) neque tantum *Cognoscendi* (quod satis exprimit Definitio, cum vocat *Notiores*) sed *Essendi* quoque, quatenus conclusio est scientifica, idque potissimum ratione medii termini, (Præmissarum *Proprii*) qui in Syllogismo Demonstrativo est causa terminorum, ex quibus constat Conclusio.

Q. 7. Si præmissæ sint *causæ* conclusionis, quid tribuendum est sensibus externis, cum dicitur, *Deficiente sensu deficit Scientia*? R. Sensum esse omnis scientiæ Intellectivæ januam verissimum est, *Nihil enim est in intellectu, quod*

non

Conclusio in Demonstratione debet esse immediata immedietate subjecti, non immedietate Causae, quia debet demonstrari per medium.

non
ma
dir
(pu
dar
væ
det
præ
me
alt
tel
cer
ver

1.

ral
A
l.

eff
ex
ex
te

non prius fuit in sensu; vel scilicet *directè*, *primariò*, *&* *per se*, ut Entia Materialia; vel *indirectè* *&* *per aliud*, ut Entia materiæ expertia (puta *Deus*, *Angeli*, & *Animæ rationales*.) Hinc damus sensum esse causam Scientiæ intellectivæ *sine qua non* (utpote à quo originaliter dependet) non vero causam propriè dictam, ut sunt præmissæ. Quod si quis sensum causam instrumentalem remotissimam esse contenderit, non altercabimur.

Q. 8. At unde accidit quod assignans Aristoteles Demonstrationis proprietates nullam fecerit mentionem earum *necessitatis*?

R. Includitur ea in reliquis, præsertim in *veritate* & *primitate*, conjunctis.

CAPUT II.

De Necessitate, ejusque gradibus.

1. NEcessitas *complexa*, sive propositionum (de qua unâ hîc agitur) est nexus naturalis & insolubilis prædicati cum subjecto. 2. Il-
Arist.2.post. lius * 3. sunt gradus, *De omni*, *per*
l.1.c. 4. *se*, *&* *quatenus ipsum*.

Q. An Itaque potest una propositio *necessaria* esse talis magis, quam alia? R. Potest, sicut ex veris una potest esse verior aliâ: *non quidem ex parte formæ*, quæ consistit in firmitate nexûs terminorum; sed 1. *Ratione objecti*, *seu fundamenti*,

menti, quod in una poteſt eſſe magis immutabile, quam in alia (licet in utraque immutabile:) ita hæc propoſitio, *Deus eſt omnipotens*, eſt verior & magis neceſſaria, quam iſta, *Ignis eſt calidus*. 2. *Quoad nexûs reciprocationem ſive extenſionem*, ſic ea prop. eſt magis *neceſſaria*, in qua tenet ex æquo *neceſſitas*, tum ex parte prædicati, tum ſubjecti; quàm ea, ubi tenet ex parte ſolius prædicati. Ita hæc prop. *Homo eſt riſibilis* neceſſitate ſuperat ſequentem, *Homo eſt animal*.

3. Propoſitio *de omni* duplex eſt,

1. *Prioriſtica* (ſic dicta, quod eam tractat Ariſt. in lib. Priorum,) & eadem eſt, cum prop. univerſali.

2. *Poſterioriſtica*, cujus prædicatum ſubjecto univerſali, & ſemper, ineſt.

Q. 1. An ergo poteſt prædicatum convenire *omni*, & *non ſemper*? R. 1. *De omni prioriſticum* nonnulli ſic exponunt, ac ſi in eo non eſſet attendenda *Veritas* propoſitionis, ſed nuda *Quantitas*; At. 2. ponamus etiam *Veritatem* attendendam; non neceſſe eſt, ut quod convenit *omni*, conveniat *ſemper*, abſolutè; ſufficit, ſi in certo ſtatu. Unde, hæc prop. *Omnis arbor viret* (i. e. tempore à natura præſtituto) vera erit *Prioriſticè*: *hac autem*, *Omnis arbor eſt vivens*, *vera eſt Poſterioriſticè*.

Q. 2. Quid vero cenſendum eſt de propoſitionibus *univerſaliter* & *verè negantibus*; qualis eſt iſta, *Nullus homo eſt lapis*? Cum enim ſemper

per
quo
F
se ;
scil
v. g
mo

4
nun
vel
par
Utı
utr
est
rat
tis
tio
ut
di
mo
ne
rev

pr
sul

* (
I
q.

m
pr

per ſint *veræ*, ſequitur eſſe *neceſſarias*; ſed in quo gradu ?

R. In hoc primo, non tamen *directè* & *per ſe*; ſed *reductivè* tantum, & *obliquè*, quatenus ſcil. ad affirmantes (infinitas) ſunt reducibiles: v. g. *Nullus homo eſt lapis*, ad iſtam, *Omnis homo eſt non lapis*.

4. Propoſitionis *per ſe* neceſſariæ. 4. vulgò numerantur gradus. 1. eſt, ubi prædicatum eſt vel ipſa Definitio eſſentialis ſubjecti, vel illius pars. Hæc autem vel *Genus*, vel *Differentia*; Utrumque vel proximum, vel remotum. Aſt utrum horum hoc loco, perinde eſt. e. g. *Homo eſt animal*, *eſt corpus*, *eſt rationalis*, *eſt animal rationale*. Notandum ſufficere ad hunc *Perſeitatis* modum, ſi prædicatum ſaltem imitatur rationem Generis; etſi non ſit proprie Genus; ut in *prædicationibus tranſcendentibus*, ubi *Ens* dicitur de *ſuis inferioribus*. Conſtat enim ejuſmodi propoſitiones eſſe *neceſſarias*, idque *per ſe*: neque tamen ad ullum alium *Perſeitatis* modum revocabiles.

5. Propoſitio *per ſe* 2do modo, eſt quando prædicatum eſt proprietas conſequens eſſentiam ſubjecti; ut iſta, *Sol eſt lucidus*.

Ubi bene monent * nonnulli, 1. *Ex parte ſubjecti*, quod nihil refert, utrum ſit primum & adæquatum, vel remotum ſeu inadæquatum. Unde hæc propoſitio erit *per ſe* 2°. modo. *Equus eſt mobilis*; Non ſecus ac iſta, *Corpus eſt mobile*.

* *Conimbr.* 1. *poſt*. *c*. 4. *q*. 1. *art* 3.

 2. *Ex-*

2. *Ex parte prædicati*, nimirum sufficere, si prædicatum dicatur de aliquo essentialiter, in cujus Definitione continetur subjectum: v. g. *Homo est Qualis*, Quia vox *Qualis* dicitur de *Risibili*, ad cujus Definitionem concurrit *Homo* (illius subjectum) erit ista quoque prop. in 2do modo per se. 3. *Ex parte utriusque, tum subjecti, tum prædicati*, sufficit huic modo, si & Prædicatum & Subjectum *per se* conveniant alicui tertio, quod illorum utriusque Definitionem ingreditur. Ut hîc, *Nutribile est augmentabile*. Nam utrumque *per se* convenit viventi; quod etiam pars est Definitionis utriusque.

6. Binis hisce modis opponitur non nisi unus *per Accidens*, quando scilicet prædicatum neque constituit, neque consequitur essentiam subjecti. (Proinde duo isti modi habent tantùm rationem unius ad primum modum per Accidens.) e. g. *Equus est phaleratus*.

7. Tertius modus *per se* est in propositionibus tantùm secundi adjacentis; ubi scilicet esse, vel existere prædicatur de Substantia: ut *Avis est*. Cum autem Existentia prædicatur de Accidente, efficitur secundus modus *per Accidens*; ut, *Velocitas est*.

8. Verum, ut quod res est dicamus, indignus est iste *Modus*, qui statuatur esse *per se*; cum existentia Substantiæ (creatæ) non sit ei necessaria, neque efficit prædicationem *de omni* (qualis esse debet omnis *per se*.)

9. Quartus

ra-
cu-
g,
ur
ric
op,
um
&
li-
io-
g-
vi-
ri-

us
e-
m
m
i-

i-
e,
us
c-
;

ns
m
n-
is

us

vel
nis
ent
qu
int
ere
rii
tiu
Fo
jic

pe
in
ca
do
ra
S
ſt
q
b

*
C

I
C

I
f

9. Quartus modus *per se* est quando causa vel effectus externus est prædicatum propositionis. Per causam externam intellige vel *Efficientem*, vel *Finalem*. Exempla Efficientis; *Equus ferocit. Homo sermocinatur. Eclipsis est interpositio terræ*, &c. Exempla Finalis. *Homo erectus est ut cœlum intueatur. Pulmones necessarii sunt ad refrigerandum Cor*, &c. Modus tertius *per Accidens*, ei oppositus, est quum causa Fortuita in propositione aut prædicatur aut subjicitur; ut, *Hostem petens occidit amicum*,

10. Sed neque hic *quartus Modus* est strictè *per se*. Omnis enim prædicatio *per se* debet esse in casu recto; At sic neque effectus prædicatur de causâ Efficiente, & Finali; neque hæc vicissim de illo. Non enim est *Eclipsis interpositio Terræ*; sed aliquid consequens interpositionem. Sic & in reliquis. Igitur tenendum est, distributionem istam *perseitatis* Aristotelicam in *quatuor Modos* non esse univocam, sive speciebus omnibus ex æquo accomodandam. Nec hoc ipse dissimulat * Aristoteles, qui *modos per se* Demonstrationis utiles recensens, binos tantum priores enumerat.

* 1. *Post. c.* 6. *t.* 1.

Notandum modos omnes *per Accidens* à Demonstratione penitus exterminari. Ratio est, quia accidentia nulla (intellige communia) sunt necessaria; proinde nihil faciunt ad Demonstrationem, quæ constat ex necessariis.

1. *Post. c.* 6. *t.* 1.

11. *Quatenus ipsum*, seu *universale primum* (καθόλυ πρῶτον, ut vocat Arist.) est talis necessitas, in qua nexus est reciprocus prædicati & subjecti; ut hic, *Homo est rationalis, Homo est risibilis.* Apud Aristotelem sic definitur, ὃ ἂν κατὰ παντός τε ὑπάρχῃ, καὶ καθ᾽ αὑτὸ, καὶ ᾗ αὐτό.

1. *Post. c.* 4. *t.* 9.

Unde sequitur ad propositionem *Catholicam* tria concurrere: 1 *Ut sit de omni & per se* (nam gradus posterior semper includit priorem) 2. *Ut prædicatum conveniat subjecto, quà tale est.* 3. *Ut conveniat primò* (quod idem fere valet ac reciprocè) ideoque dicitur καθόλυ πρῶτον. Hæc autem *primitas* potest esse vel causæ, vel subjecti, vel utriusque, de quâ superiùs.

12. Cæterum quid sit intelligendum per [*quà tale, seu quatenus ipsum*] non usque adeo inter omnes convenit. Ne crucem figamus junioribus, verbo dicimus prædicatum convenire subjecto *quâ tali*, est ei proximè convenire secundum & per essentiam suam, (i. e.) subjecti, ut *Homo, quà Homo, est rationalis, aut risibilis*; utrumque prædicatum convenit subjecto per essentiam suam, ita ut qui concipit *hominem*, necesse est ut eum concipiat essentialiter *rationalem & risibilem*, licet istud ut *constituens*, hoc, ut *consequens.*

Q. Quid sibi vult Aristoteles, cum dicit τὸ καθ᾽ αὑτὸ καὶ ᾗ αὐτὸ ταυτὸν hoc est, *Per se, & quatenus ipsum idem sunt.*

1. *Post. c.* 4. *t,* 11,

R. 10.

em
ef-
&
eft
fic
ỳ
o-
ni
dit
to,
em
όλν
u-
ùs.
per
eo
u-
ire
fe-
cti,
is;
ef-
ne-
na-
oc,
es,
ω-
ip-
io.

Omnis scientia ē Conclusionis, oritur
ex praecedente cognitione, Praemissarū.

R. 1o. Intelligendum hoc esse de istis tantùm prædicatis *per se*, quæ reciprocantur cum suis subjectis; aliàs non erit prædicatio *quatenus ipsum*, ut ex §. 11. satis liquet.

Proinde dicimus 2do idem esse *Quatenus ipsum*, *& per se* (sic sumptum,) *materialiter*, seu quoad rem, non vero *formaliter*, & ratione, seu conceptu mentis. Nam in gradu *per se* nil aliud spectatur, quàm *perseitas*, i.e. ne prædicatum conveniat subjecto *per Accidens*; cui superaddit *Quatenus ipsum* conceptum reciprocationis.

CAPUT. III.

De Præcognitis, Præcognitionibus, & Quæstionibus.

DEmonstraturus aliud *quærit*, aliud *præcognoscit*. *Quærit, utrum homo sit risibilis?* præcognoscit *dari* tum *hominem*, tum *risibilitatem*.

2. *Præcognita* in omni Demonstratione sunt tria, *Subjectum*, *Passio* (seu *Proprietas*) & *Dignitas*, sive *Principium*.

3. Quod de illis præcognoscitur (aliqui modum præcognoscendi vocant, rectius objectum formale) dicitur *Præcognitio*.

4. *Subjectum* illud est, de quo Demonstratur *Passio*; ut *Luna*, de qua *Eclipsis*. Estque semper

per minor extremitas in Syllogismo. *Passio* est proprietas (aut affectio) de Subjecto demonstrabilis, estque semper major terminus. *Dignitas*, sive *Principium* est propositio, indemonstrabilis quidem ipsa, sed per quam fit demonstratio, utpote per se nota, & *assensu digna*; unde nomen ei *Dignitatis* (*ceu Axiomatis.*) Hæc ubi tantùm supponitur, *Postulati* vel *Hypothesis* nomen induit: & quando resolvitur in principium incompl. ceu essendi, constituit medium terminum.

5. *Præcognitio* duplex est

1. *Sensitiva*, quæ præparans & originaria dicatur; de qua nunc non agemus.

2. *Intellectiva*, Estque duplex, vel

1. Præmissarum, *quam agentem & efficientem* vocant.

2. Terminorum (subjecti scil. & prædicati) quæ *dirigens* appellatur.

6. Præcognitiones ejusmodi sunt duæ in genere, *Quod sit*, &, *Quid sit*. Faciunt nonnulli 4 in specie, nimirum duplex *quod sit*, simplex, & complexum; duplex itidem *Quid sit*, Nominis, & Rei. *Quod sit* simplex pertinet ad nudam *existentiam Subjecti*, quod scilicet sit in rerum natura. *Quod sit* complexum, ad ejus *existentiam in Subjecto*, quando accomodatur ad *Passionem* (quæ certe ipsa *Quæstio* est, non *Præcognitio*) vel ad ejus *Veritatem*, cum refertur ad *Principium*. v. g. Quod hæc propositio sit vera, *Omne rationale est risibile*.

7. De

qu
ent
qu
ce
ift
qu
ju
rei
ni
qu
fit
co
ne
m
ti
fi
N
i
n
q
b
r
f
(
f

7. De *Subjecto* præcognoscendum est omnino *quod sit* simplex, sive quod existat; nam *de non ente nulla erit Demonstratio*. Præcognosci quoque par est *Quid sit nominis*, sive quid significet; nam idem est Demonstraturo ignorare existentiam subjecti, & significationem vocis per quam nobis inotescit. Quin & (salvo aliorum judicio) præcognoscitur de Subjecto *Quid sit rei*, sive in quo illius essentia consistit. Nisi enim ante scivero, v. g. *Hominem esse rationalem*, quî scire potero eum *esse risibilem*; cum hoc non sit aliunde quam ex illo demonstrandum? Præcognitionem ejusmodi saltem confusam nemo negat.

8. De *Passione* præcognoscitur illius *Quid nominis*, haud vero *Quid rei*. Hujus enim essentiam ingreditur Subjectum, quod concipitur vel

1. *Absolute*.

2. *Relatè* ad ipsam Proprietatem:

Priori modo subjectum præcognosci *quid rei* sit, superius asseruimus: posteriori negamus. Nam dato v. g. *Hominem esse risibilem*; quorsum imus demonstratum? Non enim illud præcognoscitur; sed quæritur.

9. De *Principio*, præcognoscitur illius *quod sit*, i. e. quod sit verum; aliàs nullam dabit Scientiam conclusionis. *Quid sit Principii* nec Definitione, nec Demonstratione cognosci potest: Non Definitione, quia non est Definitio complexorum; non Demonstratione (saltem in suâ scientia) nam sic non esset Principium.

10. Quæstio-

10. Quæstiones duæ tantum sunt, numero Præcognitionum *in genere* æquales. (Hinc illud Aristotelis; *Tot sunt scita, quot quæsita.*) Quarum prima est, *utrum sit, seu potius insit* (alias erit Præcognitio) ut, *An Luna Eclipsabitur*: altera *Cur sit*; qua quæritur causa existentiæ prædicati conclusionis in subjecto, v. g. *Cur Luna Eclipsabitur.*

L. 2. post. c. 1. t. 1.

11. Binis istis Quæstionibus totidem alias disertè annumerat. Aristot. vz. *Quod sit*, & *Quid sit.* Hoc non levem creat Interpretibus molestiam. Asserimus nos 1. frustra omnino esse (ad mentem Philosophi) statuentes *Quod sit* (vel quod hîc idem est, *an sit*) simplex, respectu Passionis, esse quæstionem, non autem respectu Subjecti; cùm ille ad Subjectum διαῤῥήδην accommodat, *An sit Centaurus? An Deus?* Proin.

Post. l. 2. c. 1.

2. Dicimus non hoc voluisse Aristotelem (etsi more suo lubricum satis, & tenebricosum) quod *An sit*, sive, *Quod sit* (incomplexum) sit Quæstio *secundùm ordinem doctrinæ Demonstrativæ*; etsi *quoad ordinem naturæ* (in quo ante quodammodo quæritur res, quam invenitur, aut cognoscitur) Quæstionem esse nihil impedit. Eodem fere recidit quod ab aliis respondetur, vz. *An sit* esse Quæstionem *in parte doctrinæ præparatoriâ*; Præcognitionem *in parte Scientifica.*

CAPUT.

1.

pra
nor
ma

CAPUT IV.

De variis Demonstrationis Divisionibus.

1. DEmonstratio quadrifariam distribuitur, ex parte.

1. Medii, in *Quod*, & *Propter Quid*, ὅτι & διότι.
2. Subjecti in *Universalem*, & *Particularem*.
3. Qualitatis, in *Affirmativam* & *Negativam*.
4. Principii, & Methodi, in *Ostensivam*, & *Ducentem ad Impossibile*.

2. Demonstratio *Quod* (vel ὅτι) est in qua prædicatum conclusionis probatur inesse, vel non inesse subjecto ; sed non per causam proximam.

Estque pro duplici medio, duplex,

1. Quæ fit per *Causam remotam*; sed non reciprocam ; & solet confici in *Camestres* ; qualis est ista, *Omne Animal nutritur*, *Stellæ non nutriuntur*, ergo, *Non sunt Animalia.*
2. Quæ fit per *Effectum proximum*, & necessarium ; qualis ista, *Quæ non scintillant , prope sunt. At Planetæ non scintillant*, ergo, *Prope sunt.*

3. Demonstratio *propter quid* ea est, in qua

Effectus

Effectus (sive passio) Demonstratur inesse subjecto per Causam proximam, eamque vel Efficientem vel Finalem.

Exempl. demonstr. per Causam prox. Eff.

Omne corporeum est Quantum.

Cælum est Corporeum.

Ergo, *Cælum est Quantum.*

Exempl. demonst. διότι per Causam Finalem.

Illud, sine quo Respublica florescere non potest, est maximi faciendum. At sine Academiis Resp. florere non potest, ergo, Academia, &c.

Q. 1. Quomodo differt Demonstratio διότι à *Potissima*?

R. Tanquam Genus à Specie. Nam διότι *Potissima est ea sola, in qua Passio demonstratur de subjecto suo primo & adæquato, per causam Efficientem proximam, ipsius Subjecti constitutivam*; ut quando *risibilitas* de *Homine* concluditur per *Rationalitatem*.

Q. 2. Quales esse propositiones oportet in tali Demonstratione?

R. *Reciprocas omnes*, proinde & necessarias secundùm omnes gradus *Necessitatis*.

Q. 3. Quid vero censendum est de Demonstratione ὅτι, eâ potissimum, quæ fit per Effectum; cùm neque ex *primis*, neque *notioribus*, neque *causis* conficetur?

R. 1. Talis Demonstratio potest esse Species *Analoga* Demonstrationis, etsi non *Univoca*. 2. Constat esse Speciem *Univocam*, si Demonstratio secundum Definitionem ejus priorem sumatur;

Demonstratio Universalis ē, in quâ demonstratur Praedicatū inesse Subto cui primo inest et imediatè; Particularis ē, in quâ demonstrat̃ Praedicatum inesse Subto, cui non inest primò et imediatè; ut si demonstretur sensibili=tas de Homine: in Universali, ut si demonstretur sensibilitas de Animalî.

matur; cùm æque sit Syllogismus Scientificus, ac *Διότι*, modo vox ista [*Scientificus*] sensu laxiore sumatur; de quà superiùs. Quin 3. Effectus in tali casu est & prior & notior; quanquam non *quoad naturam*, tamen *quoad nos* (i. e. priùs cognoscitur) unde & Causæ nomen subire potest, 1. *Cognoscendi*: 2. *Essendi*; non quidem simpliciter, (hoc enim est impossibile,) sed quatenus est medium, & proinde Causa, cur infertur Conclusio Demonstrativa Causæ per Effectum.

Q. 4. Nonne datur Demonstratio *Διότι* per *Formam* & *Materiam*, perinde ac Efficientem & Finem?

R. Non *quà sunt talia*; quia medium, etsi possit esse vel *Forma* vel *Materia* subjecti, semper tamen est vel *Efficiens*, vel *Finis* Passionis demonstrandæ. v. g. *Anima rationalis*, quæ est *Forma* Hominis, est *Efficiens* risibilitatis.

At dices, *Rationale* ingreditur Demonstrationem, ut *Forma*; si non in Propositione, saltem in Assumpto, ubi prædicatur de subjecto (Homine) ut *Forma*.

Verum facilis est responsio, *Formam* scilicet ingredi Demonstrationem; non tamen primariò & per se, quà talem; sed tantum secundariò & & gratiâ Passionis, quam ut *Efficiens* (non ut *Forma*) demonstrat de Subjecto. Vis insuper præcipua Demonstrationis *Propositionem* sequitur, non *Assumptum*.

4. Demonstratio *Universalis* est, in qua prædicatum

dicatum Conclusionis convertitur cum Subjecto. *Particularis*, ubi non. Ut si demonstretur *Respirabile* de Animali, erit Demonstratio *Universalis*; si de Bove, *Particularis*. Huic illam præfert Aristoteles, utriusque auditâ causâ, Post. l. 1. c. 24.

Rationes hæ sunt præcipuæ:

1. Quia in *Universali* magis ostenditur Causa cur res sit; quippe cujus subjecto inest proprietas Demonstranda adæquatè & *per se* (intellige neque *per accidens*, neque *per aliud*.)

2. Quia *Universalis* Demonstratio est capacior *Particulari*; utpote qua plura cognoscimus.

3. Quia *Universalis* virtute continet *Particularem*; non vice versa.

5. Demonstratio *Affirmativa* est, in quâ Passio Demonstratur inesse subjecto. *Negativa* ei contraria. Affirmativæ primas meritò defert Aristoteles, *Post. l.* 1. *c.* 25.

Nam 1. simplicior est *Affirmativa*, & magis uniformiter se habet; cùm ea ex solis constat Affirmantibus; *Negativa*, ex præmissâ unâ tantum Negante, altera Affirmante componitur.

2. Quia *Affirmationes* multo magis conducunt ad *Scientiam*, quàm *Negationes*. Illæ enim ostendunt *quid res sit*; istæ tantùm *quid non sit*.

3. Quia Conclusio Affirm. magis accedit ad naturam *Principii*; utpote quæ sine negativâ esse potest; non hæc sine illa.

6. Demonstratio *Ostensiva* (quæ meliùs *Directa*

recl
Co
rò

qu
co
me

m
(d
di

m

D
&
T
te
ac
m

n
d
I
n
l
t
g
r
r
r

recta dicitur) est quæ directè probat prædicatum Conclusionis inesse subjecto; Estque usûs multò frequentissimi.

Ducens ad Impossibile (seu *Obliqua*) ea est, in quà Conclusio demonstratur per præmissam ei contradictoriam; sicut in *Reductione* Syllogismorum traditur.

Non desunt, qui hanc negant veram esse *Demonstrationem*; cujus tamen permagnus usus (dum saltem *Ostensiva* robur, ubi opus, suppeditat) ab omnibus agnoscitur.

Q. 1. Utrùmne ergo possunt *Principia communia* ingredi Demonstrationem *Ostensivam*?

R. Principia ista spectari possunt, vel 1. *Diffusissimè*, in tota scilicet communitate sua, & sub propriis suis, ut ajunt, terminis; ut, *Totum est majus qualibet sui parte. Idem non potest affirmari & negari de eodem.* vel 2. *Restrictè*, ad certam scilicet materiam, putà *magnitudinem*, *numerum*, aut hujusmodi.

Priore sensu, etsi non *expressè*, actu & formaliter; *implicite* tamen & virtualiter, ingrediuntur Demonstrationem. Ratio est, quia Principiorum omnium *propriorum* veritas in *communibus* radicatur, quod autem ex ramo actualiter, ex radice virtualiter percipitur. Ast utrum *Principia communia* (etiam *coarctata*) ingrediantur Demonstrationem *actu*, & formaliter, inter Dialecticos haud usque adeo convenit. Certè quod in Demonstrationem *Potissimam* non eo nomine admittuntur, indicio est,

 quod

quod cum nullo subjecto reciprocantur, utpote quæ non hoc magis quam illud per se respiciunt. In *Demonstrationibus* ὅτι, cur illis locus denegetur, nihil suadet; modò ne citra necessitatem (à pervicaci Disputante impositam) accersantur.

Notandum tamen, quod in Demonstratione *ad Impossibile* ducente actu & formaliter adhibenda sunt *Principia communia*, seu potius *communissima*; quoad enim ad ista perventum fuerit, non est satis conclusa Impossibilitas.

1. Post. c. 7. initio. Q. 2. Quò vero respicit Aristoteles in celebri isto axiomate, οὐκ ἔστιν ἐξ ἄλλου γένους μεταβάντα δεῖξαι, hoc est, *non licet Demonstranti migrare à Genere ad Genus?*

R. 1. Per *Genus* (sensu aliis minus usitato, sed ipsi satis familiari) intelligit Philosophus *Subjectum* Scientiæ alicujus complexæ, & totalis, de quo Affectiones Demonstrantur. Sic enim se ipse explicat, Ibid. §. 2â.

2. *Migrationem* istam (sive transitum) attendendam esse potissimum *ex parte medii seu principii Demonstrativi*; adeo ut sensus (saltem præcipuus) in hunc quasi canalem derivetur; *Non licet Conclusiones unius Scientiæ per Principia alterius Demonstrare*, v. g. Conclusiones *Physicas* per Principia *Mathematica*. Ratio est, quia suis quæque Scientia limitibus conclusa habet *Subjectum*, *Affectiones*, & *Principia*; adeo ut qui unum horum aliunde accersit, eadem fere operâ trahit omnia. Hinc enim confusa quoque

quo
lan
(in

tion

* I

exc
Tui
M
(p
ex
tri

ti

que erunt Subjecta Scientiarum; contra Regulam, *unitas Scientiæ pendet ab unitate Subjecti* (intellige Formalis & adæquati.)

Verum 3. tenet hoc tantum in *Demonstratione Ostensivâ.* Nam in eâ, quæ *ducit ad Impossibile* necesse habet, ut nobis accersamus *Principia Communia.* Et (* quod ipse monet Aristoteles) excipiendæ sunt *Scientiæ subalternatæ*; quales sunt *Geometria*, & *Optica*, Arithmetica & Musica. In istis enim *Conclusiones Inferioris* (puta *Opticæ*) sunt, magnam partem, hauriendæ ex *Principiis* Scientiæ *superioris* (puta *Geometriæ*.)

* *Ibid. t.* 5.

Q. 3. Ad illam vero *Subalternationem* Scientiarum quid requiritur?

Vox, *Subalternatio*, duplicem præfert sensum,

1. *Generalem*, quo Scientiarum altera alteri quovis modo (præsertim ratione *Subjecti*) subordinatur, Ita omnes Scientiæ *Metaphysicæ* subalternari dicantur: nam singularum Subjecta sub ejus continentur.

2. *Specialem*, sic autem hæc tria exigit.

1. Ut Subjectum Scientiæ *Subalternatæ* includatur in subjecto *Subalternantis*; ita *Musicæ* (*numerus sonorus*) in subjecto *Arithmeticæ*.

2. Ut Subjectum *Subalternatæ* superaddat conditionem aliquam accidentalem eidem Subjecto *Subalternantis*: sic Musica adjicit *Sonorum* Numero, Optica *visibile* magnitudini.

3. Ut *Conclusiones* Scientiæ inferioris (sive Subalternatæ) in auxilium sibi accersant *Principia* superioris, quod ante diximus.

CAPUT V.

De Affectionibus seu Potentiis Demonstrationis.

AFfectiones Demonstrationis tres solent assignari. 1. *Analysis*. 2. *Regressus*. 3. *Convertibilitas in Definitionem.*

2. *Analysis* est Resolutio (Demonstrativa) Effectus in suas Causas primas, seu Efficientes, seu Finales. Estque necessaria adplenam Effectus prioris comparandam Scientiam. Ratio est, quia Causa posterior est Effectus prioris; atque adeo per eum Demonstrabilis: proinde antequàm integra perficiatur Demonstratio, non perficitur Scientia.

3. Res exemplis illustranda.

1°. In causa *Efficiente*; v. g. si demonstratur *descensus Pluviæ* per *dissolutionem nubis*, ea autem per *gravitatem*, illa rursùs per *constipationem partium vaporis*, hæc iterum per *frigus*, istud demum per *Causam*, non modo.

1°. *Privativam* (ea enim propriè Causa non est) vz. *defectum radiorum solarium*; qui ad locum, ubi generatur pluvia, (mediam scilicet Aeris Regionem) minimè reflectuntur; verum etiam.

2°. *Positivam*, ipsam nempe *vaporis Formam*;

qui

qu
re
sib
fig

Sc
do
ob
Fi
re
τε
pe

sa
ac

sa
ri
ſt
d

p
s

c

qui cū sit *originaliter* nihil aliud, quàm Aqua (rarefacta) vel Terra Aquæ permixta, ad frigiditatē sibi naturalem *vi formæ* revertitur. Hic pedem figit *Demonstratio*, nec amplius promovetur.

2°. In *Causa finali*, v. g. *Libros sibi comparat Scholasticus, ut legat ; Legit, ut discat,* Discit, *ut doceat,* Docet, *ut benefaciat. Benefacit, ut* Deo *obtemperet. Obtemperat, ut glorificet.* Ex istis Finibus proximior quisque demonstrat posteriorem, donec ad supremum illum, & verè ἀρχιτεκτονικὸν, omnium Finem perveniatur ; nempe, *gloriam* παντοδυνάμου Dei.

Q. Sed cum Scientia sit cognitio rei per Causam *proximam* ; quid opus est hac Analysi, quæ ad *primam* usque penetrare gestit ?

R. Ad Scientiam non sufficit cognitio causæ, quantumvis proximæ, *confusa* ; sed requiritur *distincta*, quæ per solam habetur *Demonstrationem Analyticam*, vel, si mavis, *Analysin demonstrativam.*

4. *Regressus* sumitur vel

1. *Fusè.* Sic idem est cum *Circulo* ; in quo est quædam reciprocatio ab eodem quasi puncto ad idem.
2. *Stricte* ; & sic multùm discrepat à *Circulo* ; atque ita definitur,

Regressus est reciproca Demonstratio Effectûs per Causam, & Causæ rursus per Effectum ; sed non eodem genere Demonstrationis.

Ratio clausulæ Definitionis postremæ hæc est ; quia in *Regressu* altera Demonstratio sem-

per est διότι, seu à *priori*; altera ὅτι, seu à *posteriori*. Unde potissimum distinguitur à *Circulo*, cujus utraque demonstratio supponitur esse *propter quid*; quod est impossibile. Proinde *Circulus* ab Aristotele non immerito rejicitur, 1. Post. c. 3.

Q. Cur vero rejicitur *Circulus*; admittitur *Regressus*?

R. Rejicitur ille ob manifestas inde consequentes repugnantias. Nam hoc dato, idem esset *prius* & *posterius*, *notius* & *ignotius* eodem, idque *respectu ejusdem*; esset idem *Causa* causæ, & Effecti *Effectum*. Hæc enim omnia contingerent, si Demonstratio (ex prava hac Hypothesi) esset utrobique *Propter Quid*.

Secus res habet in *Regressu*, quod ex antedictis abunde constiterit. Unde tuto & cum fructu possit usurpari, præcipue *in physicis*; quod non semel ipse fecit Aristoteles. In hoc enim, licet utrumque (*Causam* volumus & *Effectum*) sit prius & notius, *diverso tamen genere*; alterum *quoad naturam*, ut *Causa*; alterum solummodo *quoad nos*, ut *Effectus*. Discrimen evidentius erit Exemplis.

5. Exemplum Regressus.

Omne intensissimè calidum est ignitum.
Carbo est intensissimè calidus.
Ergo, Est ignitus. Hæc est Demonstratio ὅτι *Causæ* scilicet per *Effectum*.

Regressus facillimè ita conficitur,

Omne ignitum est intensissimè calidum.
Carbo est ignitus.

Ergo,

vi
ſei
ma
pe
qu
in
pr
de
be
id
P
t.
c
I
h
u
n
h

Ergo, &c. Hæc est Demonstratio *διότι*, nempe *Effectûs* per *Causam*.

Hujusmodi *Regressus* non male assimilibatur *visioni reflexæ*, *sive speculari*; qua oculus videt seipsum, per species nimirum ab ipso rectà Emanantes ad usque speculum, veluti *Causam*; perque easdem à speculo resilientes, ut *Effectum*.

Argumentatio *circularis* ea crebrò dicitur, quam Aristoteles λαμβάνειν τὸ ἐν ἀρχῇ, *sive petitionem principii appellavit*; in qua vel idem probat seipsum, vel unum ignotum aliud, vel denique Demonstrationi *redit labor actus in orbem*: Imò in κοινισμὸν quendam (quo scilicet idem probat seipsum) recidere omnem *Circulum* notavit Philosophus. Exemplum *Circuli*, quem ante definivimus, sit ille *Pontificius* in Scholis *Reformatis* πολυθρύλλητος, in quo contendunt nonnulli *S. Scripturæ authoritatem* Demonstrari posse per eam, quæ est *Ecclesiæ*, hujusque similiter per eam quæ est *Scripturæ*, & utrinque (aliàs *Circulus* non esset) *à priori*. Quærenti enim, quid eos *primum* movet ad fidem habendam *Scripturæ*, respondent aliqui, *Authoritas Ecclesiæ*; quid primùm *authoritatem Ecclesiæ* agnoscere, Resp. *S. Scriptura*. Nos hîc *Regressum* facile admittimus, *Circulum* excludimus.

Post. l. 1. c. 3. q. 6.

6. Restat ultima (quam vocant) Demonstrationis Affectio, quæ est ejus *Convertibilitas in Definitionem*. Ubi notandum 1° de solâ hîc agi

Definitione Passionis, non autem Subjecti.
2°. Definitionem Passionis esse vel

1. *Partialem*, quæ ex solo constat Genere & Subjecto, vel ex solâ Causâ: quales istæ; *Virtus est habitus mentis*. *Virtus est aliquid per electionem in mediocritate consistens*. Illic *Genus* & *Subjectum*; hîc *Causæ exprimuntur*.
2. *Totalem*, quæ ex omnibus, puta *Genere*, *Subjecto & Causa* coagmentatur.

In totâ Demonstratione tota continetur *Passionis Definitio*; non quidem *actu & explicitè*; sed *virtualiter & implicitè*: Genus & Causa in Propositione, (illud *confusè*, ista *distinctè*;) Subjectum in Assumpto.

Apponemus exemplum tritissimum, in hac Demonstratione:

Illud, inter quod & solem corpus opacum interponitur, Eclipsatur.
At inter Lunam & Solem corpus opacum (Terra scilicet) interponitur, Ergo,
Luna Eclipsatur.

Vides hîc *Causam Passionis* (*Eclipsis*) demonstratæ, conspiciendam se dare in Propositione majori, nimirum *interpositionem corporis opaci inter Solem & Lunam*; *Subjectum* in minori, quod est *Luna*; *Genus Passionis*, quod est *Defectus Lumi-*

Luminis, ſurrogetur in Propoſitione pro ejuſdem nomine, & ſic habebit Demonſtratio ;

Illud, inter quod & Solem Corpus opacum interponitur, Lumine privatur. At inter, &c. Ergo. Hinc facilè elicitur Definitio Eclipſis Lunaris, *vz. Eſt defectus Luminis in Luna, ortus ex interpoſitione Terræ inter ipſam & Solem.*



P. GAS-





P. GASSENDI

De motu impresso.

EPIST. IV.

Contra Morinum. Dissertatio de natura Demonstrationis.

Quando ille (Morinus) finem non facit jactandi suas *Demonstrationes*, quæsierim duntaxat, intelligatne, quid *Demonstrationem* appellet? Annon illi saltem attribuit duas conditiones celebres, *ut sit Evidens*, *atque Certa*? Annon saltem illam, ut sit *Evidens*? *quippe (a) Certitudo ex Evidentia pendet.* Attribuet profectò, cùm se demonstrâsse non modò evidenter, sed evidentissimè etiam jactet. Quæso autem, quid rei sit, esse aliquid evidens? Annon esse *clarum*, *manifestum*, *conspicuum*, *in aperto positum*, *nullo velamine obductum*? Quod verò hujusmodi est, an non a quovis habente oculos apertos, & sanos videtur? à quovis habente mentem & attentam, & sanam intelligitur? Hoc sanè modo evidens est, *Nivem esse albam*; esse *Totum unâ sui parte majus*; atque ita de cæteris. Itaque

Itaque *Criterium,* quo possit discerni esse aliquid Evidens (*b*) ipse est *consensus sentientium & intelligentium.* Quare & cùm Demonstratio res sit evidens ; criterium quo dijudicetur, aliquáne ratiocinatio Demonstratio sit, erit *consensus, aut dissensus omnium intelligentium.* Hinc fit, ut illa ratiocinatio, quâ concluditur, *Omne triangulum habere tres angulos pares duobus rectis,* censeatur esse evidens ; atque idcirco Demonstratio ; (*c*) quia nemo est intelligentium, qui ipsi ultrò non assentiatur.

Quidnam proinde dicet Morinus de suis illis ratiociniis ? An-non, si sunt *Demonstrationes,* si evidentes proinde sunt, cogent omnes, qui ea legent ac intelligent, ad assensum ? Cum non faciant ; quid sequitur, nisi ut non sint evidentia, neque proinde *Demonstrationes.*

Et dicet ille quidem, ut solet, eos omnes, qui legent, neque assentientur , esse hebetes, stupidos, mentisque omninò non sanæ : sed quî fit tamen, ut illis ipsis idem non eveniat circa ea ratiocinia, quæ sunt *Euclidis, Archimedis, Apollonii,* virorum aliorum subtilissimorum ? An præ illo isti obtusi, aut qui istos probant, & illum non probant, adeò distortâ mente sunt, ut prava recta, recta prava habeant ?

An dicet lectores nolle assentiri, tametsi intellexerint ; aut nolle profiteri, tametsi mente assensi fuerint ? At non assentiri rei evidenti, seu veritatem manifestam non agnoscere, in facultate mentis non est, quæ tam parum potest

non

non agnoſcere veritatem illius effati, *Si ex æqualibus æqualia demas, reſidua erunt æqualia*, quoties ad illud attenderit; quàm oculus non agnoſcere lucem Solis, quoties in illum reſpexerit. Et aliunde nemo eſt cordatus, qui seriò quidpiam profiteatur, cujus oppoſitum evidenter nôrit; quippe cum nihil, quàm ſui riſum facturus ſit, ſi id quod liceat revincere, ſive falſum oſtendere Demonſtratione, defenderit, & publicè quoque ipſi evidenti Demonſtrationi repugnârit.

An dicet ſuas Demonſtrationes eſſe non *Mathematicas*, ſed aut *Phyſicas*, aut miſtas duntaxat? Verùm hæ ſunt duntaxat ſpecies ex materia ipſa petitæ; debétque ſemper omnibus eadem generalis conditio Demonſtrationis attribui; ac proinde ſeu Phyſica, ſeu alia Demonſtratio ſit, quia ſemper Demonſtratio eſt, habeat oportet evidentiam, quâ generalem omnium ipſum intelligentium conſequatur aſſenſum. *Excuſatio* ſanè, quòd fieri non poſſit, ut *Phyſicæ* Demonſtrationes tam ſint evidentes, quàm *Geometricæ*, *accuſatio* eſt, ſive argumentum, quòd Demonſtrationes non ſint, & defectu ſummæ evidentiæ pariant non certitudinem, ſed aliquam ſolùm probabilitatem.

Ex quo fit proinde, ut quæcumque ratiocinatio non (*c*) ita cogit ad aſſenſum, neque mentem (*d*) perinde facit indubiam, ac Geometrica; illa Demonſtratio dici non mereatur: Signum eſt nempe ſubeſſe ſemper aliquam dubitandi



di anſam, ob quam aſſenſus non præbeatur, niſi cum quadam formidine ; atque idcirco in intellectu gignatur non Scientia, quæ ex Demonſtratione eſt, ſed Opinio, quæ ex probabili, veriſimilive duntaxat ratione.

Hinc laudandus ſanè *Ariſtoteles*, cum exigere probationes, quàm cujuſque rei natura patiatur, majores prohibuit. At non idcirco, qui majores, quàm rei cujuſpiam natura patiatur, proferre non poteſt, venditare debet, quas maximas habet, pro Demonſtrationibus, & non potius pro maximè probabilibus, quæ de re habentur.

Neque verò obſtat, quòd is, qui tuetur quampiam, quam jactat, Demonſtrationem, reſponſione non careat, ad ea, quæ pariunt formidinem, ac in oppoſitum urgentur: Quippe id nihil ampliùs arguit, quàm diſceptationem inſtitui de problemate; cujus cùm neutra pars certa ſit, illa evadat probabilior, cujus propugnans fuerit ſolertior.

Ac ejuſmodi quidem ſunt, quæ diſputantur omnia; cùm ſit permirum eos, qui tuentur concluſiones oppoſitas, tueri plerumque, quas rationes habent, germanas eſſe demonſtrationes; & gloriari objecta omnia ſolvi à ſe facilè poſſe; ac reipſâ nunquam tacere, ſed aliquid ſemper, ſempérque comminiſci, & obloqui. Permirum, inquam, cùm *veritas ſtare ab oppoſitis partibus non poſſit*; & conſtet ea, quæ demonſtrantur, eſſe non poſſe hujuſmodi, (*e*) ut in diſputationem

tationem cadant; adeò proinde, ut dicere liceat, statim ac videmus disputari aliquid, Demonstrationem inde abesse. (*f*) Profectò ubi est Demonstratio, nusquam auditur, *hæc est istius, hæc illius sententia*; nusquam proponuntur diversarum partium rationes, objectiones, responsiones, instantiæ; sed omnium una sententia est; eadem omnium ratio, & nulla objectio. Nam & quamvis sæpe variæ sint rationes, quibus eadem conclusio demonstratur à variis; omnes tamen ab omnibus uno consensu admittuntur, nemóque suam ita probat, quin alias pari jure probet.

Annotatiunculæ in Gassend.

(*a*) Intellige Certitudinem *Subjecti*, non autem *Objecti*. Potest enim conclusio esse *in se* certissima, eademque tamen inevidens; *mihi* verò certitudinem habebit nullam, nisi cum Evidentia conjunctam.

(*b*) Consensum intelligit Cl. Author *internum*, hoc est, ipsius mentis; non *externum* sive signi. Neque enim nova res est assentiente firmiter *Intellectu*, aut dissentire, aut assensum suum dissimulare *Linguam*. Tritum est, ὁ μὴ πείσεις, οὐδ' ἂν πείσῃς.

2°. Præter voluntatem ab affectibus liberam, oportet esse plenam & *rigorosè* perfectam rei intelligentiam (sive noeticam, sive dianoeticam.)

(*c*) Hoc

sen
lec
tel
qu
tio
pa
lut
re
ist
di
co

qu
D
op
te

str
qu

sp
ne
au
ni
fu
an
g

(*c*) Hoc est quod vulgo statuitur, *Habito assensu præmissarum non amplius esse liberum intellectui assentiri, vel non.* Quo nihil verius, si intelligatur de *assensu virtuali* (*formalis* enim sequitur, saltem naturâ, ut effectus causam.) Ratio est: quia neque præmissæ aliud sunt quam *expansa* conclusio, nec aliud conclusio quam *convoluta* præmissæ: proinde necessum est, ut eadem reperiatur in utrisque Veritas, atque adeo qui istis assensum præbuit, ab illa cohibere (nedum dissentire) non possit. Frustra enim à præmissis conclusionem quis avellere tentaverit.

(*d*) Intellige quoad *rem ipsam*, non semper quoad *modum* pariendi assensum; unam quippe Demonstrationem (etiam in *Geometricis*) altera operosiorem esse, & longiore filo tractilem, testis est experientia.

(*e*) Intellige post factam & agnitam Demonstrationem; tunc enim inutilis est disputatio, quæ ante necessaria.

(*f*) Ista omnia & quæ sequuntur non eo spectant, ac si veram alterius Demonstrationem nemo unquam ad examen aut *de facto* vocaverit, aut vocare debeat, sed quod habita semel & agnita Demonstratione (per singulos, quotquot fuerint, ejusdem gradus, & quasi pansulus) non amplius est Disputationi locus, cum *contra negantem Principia non sit Disputandum.*

FINIS.